ſes ad Mœnum ſub. Elev. 50, 12. Depræhendunt avem hanc hoſpitam fieri quotannis, Die Peters-Stuel-Feyer. ſeu. 22. Febr. Styl. vet. ſeu Jul. Cal. (qui utrobiq; obtinet,) & ut Francofurtenſis civis primarius referebat, apud admirationem cerni ad nidos (neſcientibus unde) advolare, dictô die ante meridiem, horâ præcisè 8. vel poſt nonam: cùm tamen Lipſiæ ſub Elev. poli 51, 24. alibiq; benivolè excipiatur Nuntia hæc veris, demum in Martiô, die 17. ſeu Gertrudis plerumq;, ex triviali proverbiô: quod etiam reſpexit Chriſt. Richter. Gorlic. Pfarrer zu Gnand-Stein in Meiſſen/ im Schreib-Calender/ ſuper Horizont. Lipſ. Anno 1676. directô: dum ad dictum diem in *prognoſticô ſpatiô* annotat, der Storch kömt wieder. Scl. ex priſtinâ experientiâ quidem conjectans, ſed eventui minimè correſpondens: nam hôc annò, in die *Gertrudis* non advenit: Licèt paucæ nonnullis hominibus in urbe apparuerint & auditæ ſint gloterantes jam tum ante 6. hebdomadas, poſt nundinas Januarias; ante Lichtmeß/ ut terminum cantantis *acredulæ*, die quôdam Mercurii: ſed quæ ſtatim iterum demigraverunt. Eodem tempore, ab aurigis *Dresdenſibus*, ad 4. Mill. Germ. extra Lipſiam, prope paludem *Oſchizenſem*, permultæ ſunt viſæ, ſe invicem impetentes roſtris. Uti in *Galliâ* aliæ miræ aves, paulò poſt hoc tempus, conſpectæ ſunt in aêre ſe roſtris fodientes; ut ſanguis in terram delapſus ſit: ex quibus aliquot globulis bombardicis trajecerunt; ſed quæ comeſæ perquàm amaræ fuerunt. Contemplati autem ſunt illas ſuper viâ publicâ, quæ *ex German.* ducit in *Galliam:* unde ominati ſunt quidam invaſionem noſtratium, præſertim quia aliqua ales, inſtar *aquilæ* in grege comparuerat: eveniebat hoc quidem parumper; ſed cum majori damnô conſequutô,) quod in aliis *Faſtis* animadverto omiſſum: nota, quòd idem autor ambos dies, & *Gertrudis* & Peters-Stuel-feyer/ ſemper rubricâ exprimat, ceu dies feriatos; cùm Calendariographi *Noribergenſes* eosdem nigrô colore ſcribant, cùm in *Jul.* tùm *Gregor.* annô (Alt oder neue Zeit.) Habes hîc autem differentiam temporis 24. dierum, ſpatiumve ſuperans tres ſeptimanas. An autem *Noribergenſibus*, uti Peters-Stuelſeyer reducit Ciconiam, ſic Peters-Kettenfeyer iterum pellit? (nam terminus hic ad 10. dies, noſtrum *Laurentium* ſeu 10. Auguſti etiam antevertit, dum incidit

in

in 1. Augusſt. Ut finis ab origine pendeat, *Petroq;* aditus & abitus papiſticè acceptus feratur: quemadmodùm noſtratibus ſolenne eſt aliud par Sanctorum Canonizatorum, ſecundùm verſiculum: *Laurenti* migrat, redit inde Ciconia *Gertraud.*) Adeò ut ſaltem *præſentem* habëamus tepidi temporis teſtem, per 144. dies, *abſentem* verò per majus ſpatium anni. Si reſpicias Joh. Henr. Voigtii, Mathem. Stadenſis, intentû novum *Calendarium* Leopoldinum (Reichs-Leopoldiſchen Calender.) in quô novi anni auſpiciùm reijcit in *Brumam:* in illô & diem *Gertrudis* retruſit ad 25. Febr. (Anno 1676.) adeò ut & nobis & Noribergenſibus &c. Sic, ſi non idem tempus, tamen diverſi temporis idem ferè dies ſeu Sanctus, *Ciconias* reducat, per Exæquationem peculiarem ex chronologicâ anticipatione, qoat, nimirùm ad certos dies alligandi ſunt ſeu allegari volunt, durante hôc rerum mixtarum ſtatu, termini in quibus, tanquàm cardinibus, vertitur ſeu controvertitur avium acceſſus & diſceſſus. De quibus ita H. W. R. W. & L. P. D. W. (Heidelberg. 1585. in IV. editi ex Germ. in Latinum verſi,) in Commentar. de Kalendarii origine, Luxatione, reſtitutione, in novam tunc Pontificiam Kalend. Reformationem ſcriptô in *Nëopolitanâ* Nemetum ſcholâ, p. 31. 32. Inſtrumenta facilè quisq; ſua ipſe renovaverit, aut in iis annotaverit, numerandum retorſum dies 14. quod ipſum in Ephemeridibus quoq; faciendum fuerit, quotquot eæ ſecundùm vetus computatæ Kalendarium ſuperſunt. *Agricolæ* citò & animadverterint & aſſveverint, operarum ſuarum indices, quos à certorum Sanctorum feſtis deſumunt, 14. diebus eſſe promovendos: Ex. gr. Putandarum *vitium* nunc apud noſtrates quidem à die *Sebaſtiani*, tunc à Purificationis Mariæ; *hordei*, & *avenæ*, à *Benedicti*, tunc ab Ambroſii; nunc *ſecalis* ſerendi ab *Ægidii*, initium faciunt, hunc à *Crucis* fuerint; Cæperit tunc quoq; *cervorum* ſalacitas & coitus. Si priſci noſtri *Agricolæ* ſuas illas, quibus in *Paganiſmô* uſi erant, temporum notas, à *ſtellis*, ab *avium*, ut *Alaudæ* (auf Lichtmeß) cantu à *Ciconiarum* reditu, à *Cuculi* coccismô (zwiſchen Paſſen und Pfingſten/) ab hujus illiusve *arboris* erumpentibus gemmis, ab hujus alteriusve *herbæ* floribus deſumtas, poſt introductam Chriſtianam religionem dedidicerunt & omiſerunt, in earum locum hæc *Feſtorum* dierum indicia recipien-

tes; quid obstat, quò minùs & nostræ ætatis *Agricolæ* levem quendam earundem notarum transpositionem advertant, & intra paucos annos ad eas assvefiant? Quâ de re ipsos commonefacere noverint *Ecclesiarum pastores*, modò illi ipsi non prorsus sinr imperiti, & docere, quomodò deinceps *Rusticas* suas temporum *Regulas* sequi debeant. Nam extra controversiam est, nullas unquam suscipi posse mutationes, quantumvis exiguas, quæ non cum aliquô saltem incommodô & molestiâ sint conjunctæ. Accedit huc, quòd secundûm hanc rationem fieret tabularum *Astronomicarum* simul & semel mutatio, & à Pontificiis, *quatuor* tantùm diebus, quibus illos antecederemus, essemus sejuncti: cùm alioquin, si vetus *Kalendarium*, quale est, non mutatum retineamus totis decem diebus ab illis distemus. &c. R. Si nihil *prodest*, quod non simul *obest*: (dum omnis mutatio periculosa dicitur, etiam hîc de mutatione *Kalendarii* præsumitur;) ibi potiùs *divinum*, licèt ubiq; neglectum, sed tamen *Astronomiæ* consultissimum, eligeremus ad *minorem* periculositatem, & *majorem* utilitatem apud suscipiendam mutationem: tùm quia *pastores Ecclesiarum* hujus commendatio maximè deceret, ex propriisq; principiis illi tenerentur tales *fastos* addiscere, & naturam cognoscere, præ egenis & debilibus elementis aliorum *fastorum*, & *Gentilismum* & *Antichristianismum* spirantium. Vide plura in *paradox. Paschal.* Cæterùm ex ejusmodi mutatione jam tum evenit, ut quod alii in diem *Gertrudis* devolvunt, alii *Gregorii* feriæ alligaverinr. Distant autem ambo intervallô 6. dierum. Vel num Ciconia semper seriùs seriusq; redit, & non tàm *Calendarium* respicit *Papisticum*, quàm *Ethnicum*, ut quod nobis *Gertrudem* quotannis magis differt, cum motu præcessionis *æquinoctiorum* quodammodò faciens & progressum *Fixarum* imitans, sed ex fundamentô erroneô intercalationis? Certè unumquodq; obtinet & servat tempus suum destinatum, secundùm *Ecclesiastem*: Et ubi *Naturalismus* hîc scandalizari, imponi seu tentari posset majori calore *Noribergensium*, ex conditione Australioritatis præ septentrionalioritate (sic, *Laconismi* ergò, lubet ὀνοματοποιεῖν,) nostrâ; seu majori soliditate globi Terraquei præ paludosioribus climatibus; tamen vix sibi satis faciet, attendendo *Lipsicum* Horizontem, & conferendo cum *Noribergensi* plagâ, & adhuc borealiori

Mar-

Marchiâ, patriâ meâ, locoq; omnium dictorum uliginosiori: Si quidem & ibi ideò diutiùs emanere oporteret *pelargum*, & reditum suum procrastinare vel ab adultâ in partem præcipitem *Martii*; qui tamen, ex Nationalis M. Joh. *Coleri*, Sacerdotis Berolinensis, relatione annectitur quasi diei *duodecimo Martii*, seu festo Scholari *Gregoriano*, (vid. in Oeconom. Calendar. p. 21. ad Mart.) sub Elev. poli, seu lat. loci 52, 51. secundùm M. *Hartmann. Beyer* de Sphærâ p. 117. ad quem sic corrige Blebel. in Sphær. p. 155. (locô 44, 40.) Nota, quòd D. Casp. *Schwenckfeld*. Med. Hirschberg. Sil. (1603.) in Theriotropheo Silesiæ, p. 236. a. Remigrationem *ciconiarum* ad patriam sedem, circa 10. Calendas *Martii*, seu 20. *Febr*. fieri statuat, sub El. poli. 51. cum quâ nostra *Lipsiaca* peripheria coincideret, sed discrepando tamen *tempore*. Adeò, ut sic *natura* maturè desinere sonticam habeat causam, & *nutui Divino* Locum cedere. Quid, quòd vix *venti*, ut *chelidonii*, satagant, nomini suo, nisi moram illis adscribas: quod faciendum duco, quia DEUS agit per causas secundas. In tantum verò ad scopum meum videtur facere hæc consideratio, ut pristinam opinionem facilè valeat falsitatis arguere, quæ *Ciconias* ex Judiâ, Africâ, Ægyptô, &c. prolicere sat diu frustrà molita fuit: Siquidem illa veri similitudinem sagaci dictitat, aveis remeanteis ex patriis potius recessibus producere, propter tàm diversa tempora adventûs: quandoquidem ratio svadet, volatum ex illis longinquis Regionibus, magis aliàs futurum esse simultaneum & non adeò successivum. Ut autem Lustrationem omnium argumentorum hîc postliminiò instituamus, ad probandum *Hibernaculum Ciconiarum* sub undis, En habeas ea in *Synopsi* sic: ut arbitreris verisimile esse, hanc avem reducem esse non ex *Zonâ torridâ*, vel propter (*Acrologicè*)

1. H ubertatem ejusdem in calidis terris sempiternam, impatientem aggregationis aliarum innumerarum.
2. I nanimadvertentiam ex adventu vel abitu per aërem.
3. B ella indigenarum quotannis præsumenda cum advenis occupantibus loca, & propter insufficientem victum futurum.
4. E xperientiam multiplicem piscatorum.

5. Re-

5. R editum ſucceſſivum & ſolitarium.
6. N otationem nominis.
7. A ërem in reditu frigidum, quem non permutarent cum calidiori.
8. C onſenſum Ariſtotelis.
9. U eriſimilitudinem hirundinum, ranarum &c.
10. L onginquum nimis iter pro *alite*, ſpaciô unius noctis ex Pomeraniâ ad *Syenem*, per plura, quàm 400. M. G. pro *horâ*, 33.
11. U anitatem argumentationis ex allatâ gemmâ, Zingibere &c.
12. M ateriam Crëationis.
13. C ornicum comitum fabuloſitatem.
14. I nteritum pullorum veriſimiliorem ſub aquis ad eſcam piſcium.
15. C onfeſſionem peregrinantium, quòd nullibi terrarum apparuerint.
16. O bſervationes nautarum maneas.
17. N ili diſconvenientiam cum abitus autumnalis tempore.
18. I udaicam Bath. Kol, ſeu cabalam ſuper authenticô textu Jerem. 8, 7.
19. A bitum à cibô ibi ſemper abundanti ſuſpectum.
20. R etardationem apud nos in Autumnô clementiori.
21. U entorum chelidoniorum efficaciam.
22. M irandum reditum quarundam ad nos, vel tempore hyemis.

(5.) *Ciconia*, *Hirundo* &c. norunt tempora ſua, non tantùm diverſa (1.) pro diverſitate *ſpecierum*, ut Ciconiarum in collatione cum Hirundinibus: ſed & (2.) in reſpectu *reditus* & *diſceſſus*: imò (3.) in reſpectu Horizontum differentium. Quod ultimum momentum ſanè ſi prodiret ex *Ægyptiacô* exiliô, pro ave gregatili & ſociâ, ſaperet ἀπροσδιόνυσον, præſertim apud interjectam moram ferè *menſtruam* Ciconiarnm, tractus æquali Latitudini ſubjectos repetentium quôvis annô conſtantiſſimè. Entheum itaq; automatarium, potiùs in penetralibus *ciconiarum* exiſtens conjectandum venit, quod ſuô tempore aves has ex abyſsô paludum apud ſuſcitatam vegetativam prolicit vel ſollicitat: uti *Gallorum* cerebella concitat ad *cucuriendum* in-

inter ἄωρον & conticinium. Vid. Crusium de nocturnis officiis, & Schwimmerum im Physicalischen Zeit-vertreiber: Lauremberg. in acerrâ Philol. ubi fermè has enarratas causas reperies ex variorum autorum judiciô: putà, quòd *Gallicinium* oriatur vel à

G ubernatione Numinis. Confer. Jac. Herrenschmid in Fabricâ crucis. med. t. 6. p. 137. ex Thalmud.

A ëris mutatione. Vid. Franzium hist. anim. p. 404.

L uminaris Meridianum infra terram transeuntis appulsu. Confer in Pollice furtivô *Hagenaverum*, Bochart. part. 3. Hierozoij l. 1. c. 19.

L asciviâ affectante coitum, seu orgasmô, Wurdigius, Prof. Phys. Rostock/ apud D. Henr. Müllerum in Jesu patiente. cap. 18. pag. 59.

I ncitamentô famis.

C oncoctione tunc absolutâ, quasi à pandiculatione seu oscitatione, Vossius l. 3. Theol. Natur. 88. refutatus à Bochartô, Conimbric. l. de somn. & vigil. autor disp. de Galliciniô lit. C.

I ndiciô victoriæ.

N octurnâ pollutione seminis exstimulantis.

I nterruptô somnô per somnium turbans.

U ranicô Gallo præcinente

M etu. Ungarus in Epigramm. Passional. Lips. 1678. §. 18. Gallicinium.

Omnituens Lapsum prædixerat antè futurum
Petrinum, quàm bis gallus in urbe canat.
Cantat, ut apparent mediatæ lumina noctis,
Et pituita cadit: deînde sequente vice
Excitus ocultis radiis (prænuntiat almam
Lucem) aut *orgasmo*: Rusticum ad arva vocat.

Aliquis horum autorum quidem opinatur, citra universalis causæ præjudicium, cæteras plerasq; posse, ut sub ordinatas locum

invenire: sed vel ipse vix unam *probare* valet, *improbare* autem satagit singulas. Animadvertimus deniq; equidem, *orientalibus* prioritatem cantûs talis esse adscribendam præ *occidentalibus*; prout primus motus ab *oriente* incipit, & his citiùs illam tempestivitatem causatur, seriùs *Hesperiis*: verùm ut ideò radiaturæ solis potiora vota malimus relinquere (quatenùs tunc post mediam noctem incipit afficere *atmosphæram* nostram, ceu cacumen Montis cujusdam in *Asiâ*, tertiam aëris regionem penetrantis, luce tunc imbuere cæpit à parte alterutrâ,) vel cum *Schwimmerô*, pro ave solari sic intercedente, vel cum Hagenaverô (vide nostrum Storchs- und Schwalben Winter-quartier. Nota, mirabile esse, quòd Christian Brehme prodit, in Geistlichen Gesprächen/ am grossen Neu Jahrs-Feste/ p. 137. 138. de proverbiô illius temporis, quòd der Tag zunehme ein Hahn-Schritt/ oder Hahnschrey nim. hoc minus quadrare in propriâ significatione: siquidem in tantô temporis momentô vix candelam emungere valemus. Putat ergò *Gallum* tunc citiùs citiusvè significare cantu suô initium diei orituri: unde maturiùs ipsum de perticâ descendere oporteat.) ulteriùs progrediente ad ejusmodi accuratam mensuram apud Synœcos, ut dicere possimus, expl. gr. *Kolgartenses* gallos citùs canere *Lipsiensibus*, ad certum scrupulosum numerum; religionem duxerim, & nugacitatem redolere dixerim. Quia DEUS est manetq; unicus operator, ingratiis *Naturalismi*; & primus motor *specialis*, ringente *physismô* ad propugnandum solum concursum generalem. DEUS, sic solet *tentare* verisimilibus, & *NOS* probabilibus animum nostrum *indurare*: *ILLE* an velimus verbo suo credere? *NOS* quòd ansam putamus habere dubitandi de proprietate sensûs ad Tropicum fingendum pro nativâ περισκλίσει, & propensione epidemicâ ad malum à juventute: Sed ad ludibrium emunctiorum narium, & soliditatis amantium. Siquidem qui compotes animi sunt, & non statim servum pecus fiunt apud blanditias boni apparentis, quàm primùm subolent imposturam circumvenientem, & inveniunt, quod nasutulis objicere possunt, ad obthurandum os disputax vel procax in ἐπιθυμίαις νεωτερικαῖς. Quid optabiliùs rationi pro intensissimô calore & frigore, quàm *solstitia*, quoad loca & durationes? & tamen voto non correspondent, sed vel locis mi-

nùs

nùs verisimilibus effectum cedunt! Quid pro *novo Anno* dignius, quàm *æquinoctium* vernale? & tamen, proh dolor! præ stupore Gentili, fini suo excidit. Proveniunt tunc *flores* ex sinu telluris: *aves* ex recessu aquarum: provenit tunc, ut primitiæ dormientium, *DOMINUS noster* ex corde Terræ: Non (loquitur in hanc rem *Schmidius* in Animadvers. ad N. T. fol. 375.) quòd per omnes dies omnium septimanarum per totum annum ferientur ab operibus manuariis; sed respectus fuit factus ad hebdomadem *paschatis* quasi principem, quam olim *Novum annum* appellarunt, quod adhuc hodiè Ecclesiam *Antiochenam* retinere, *Scaliger* etiam in *Em. Temp* testatur: cujus septimanæ dies omnes, ut *Judæis* anteà, ita etiam *Christianis* olim erant feriati, teste *Hieronymô*, & aliis. Hinc præcipuò quôdam quasi Principis Christianorum septimanæ auspiciô, atq; omine, etiam reliquarum omnium septimanarum dies, *Ferias* nuncuparunt &c. Porrò huc etiam spectat, quòd per antonomasiam, quoque *Paschatis* Festum, utpotè primarium, absolutè *Festum* appellari solet, quâ de re conf. B. *Gerhard.* Harm. Evang. p. 929. & 1800. apud M. August. Pfeifferum De Festis Ebræorum, c. 3. th. 2. D. *Lehmannus*, Superintend. Lips. 1676. in Programm. ad solemnia *Paschalia*: Δός μοι ἐυαγγέλιον, ὅτ' ἀνέςη χριςὸς ἰησῦς! Ita hoc Paschali tempore fortassè παρῳδεῖν licebit, juxta illud *Homeri*: Δός μοι ἐυαγγέλιον, ὅτι ἤαρος ἦλθε πελαργός: præserrim cùm πελαργὸς in Eb. linguâ חסידה appelletur, quæ appellatio nô incongruè *Salvatori* Nostro accommodari potestt. *Ipse* enim omnium maxime חסיד est, sibiq; Ipse hoc nomen jam pridem imposuit. Jerem. 3, 12. כי־חסיד אני נאם יהוה: posses hoc eôdem nomine indigitare *pelicanum*, qui innatâ quâdam *pietate* pullos suos, à *serpente* occisos, propriô sangvine vivificare dicitur. *Pelicanus*, si relationi isti fides adhibenda est, (exstat autem apud *Augustinum* in Enarrat. Psalmi 102. & Gregor. super Psalm. V. pœnit.) *CHRISTUS* erit, qui Se verè *misericordissimum* exhibuit humano generi, à Se condito, sed à serpente infernali per peccatum occiso, vitam reddens profusione Sui sangvinis in arâ crucis *Redemti* enim sumus omnes & singuli hujus τιμίῳ αἵματι, à necessitate manendi in peccatis & morte spirituali, si saltem media à DEO ordinata malitiosè non respuerimus. Dedit enim Semetipsum *Homo*,

Christus Jesus, ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, ut testimoninm hoc suis temporibus propalaretur. Propalatum autem est jam dudùm. Nam in omnem terram exivit sonus Apostolorum! Rom. 10, 18. Nemoq; ampliùs nescit, velle DEUM omnium hominum salutem, θέλειν πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν. 1. Tim. 2, 4. seqq. Tum verò speciosi etiamnum hodiè sunt pedes Evangelizantium *pacem*, Evangelizantium *bona*. *Bonus* autem nuntius omni honore dignus censetur. Date ergò præmium, quod debetur lætum nuntium afferenti! Demus nos omnes ejusmodi præmium, sed cui? *Christo*, qui resurrexit &c. (10.) *Syene* sub Tropicô Cancri sita, (unde ibi puteus profundissimus usq; ad fundum illuminari dicitur apud ascios, in ectiduô solstitiali, à radiis perpendicularibus Luminaris: quorsum quidam referunt ænigma primum Maronis, Ecl. 3. vide *comment. nostrum.*) sibi in latitudine loci sic abscindens 23, g. ultra semissem (seu 31, m. 32. s. Vid. Feldiū in compend. Sphær. part. 2. c. 6. p. m. 26. ex Tychone: item Wegenerum de Terraquis, nocte carentibus,) pro maximâ λοξώσει ex *Pomeranô* climate prope *Stetinum*, sibi vendicante El. pol. 54. g. o. m. Multiplica autem 30, g. cum 15. mill. Germ. & produces arcum superantem 400. M. G. in superficie telluris, ad iter, & quidem unius noctis spatiô (quia tàm citò evanescunt ex oculis terrigenarum, quibus ubiq; duntaxat *venisse*, non *venire* cernuntur:) à gravi hâc volucre absolvendum. Si verò *Circulum* extendes in *aërem* elevatum, non tantùm *hunc* leviorem ad majorem absurditarem in respectu ineptitudinis ad sustinendum hoc pondus vagans; sed *& illum* multò spatiosiorem depræhendes, ad minorem credibilitatem transitûs adeò pernicissimi: siquidem ex alterô tantô æquinoctialis diei, putà nocte præsente, *hora* una æqualis sibi postularet, ut dodecatemorium, plusquàm 33. M. G. in solô, nedum in remotiori sphærâ seu circuitu. Ita ut sic supra sphæram activitatis vel potentiæ inepte hîc extendatur effectus, multiplici modo! Quis ergò ratum habebit, ceu *naturale*, quod ipsa *natura* irritum declarare novit? Joh. Conrad. *Baderus* in Epigramm. (Giessæ 1657) cent. 2. §. 69. De *Ciconiis* in Judæos:

Vix supra Judæi tectum ulla *ciconia* nidum
Exstruit, exstructum deserere imò solet:

Non

Non consortiô *Avis* dignatur scilicet hostes
Christi, ô Christicolæ, hanc nos imitemur Avem!

Vanum est, *inediam CICONIARUM* adscribere *succo Melancholico*, ceu, ad celebrationem Joh. Ernesti Pfuels/ in Magiâ p. 145. H. Cardanus l. 8. c. 43. Schotti quadragintadiale jejunium illi acceptum tulit, seu humori cuicunq; in nutrimentum mutato: qui quò tenacior & crassior, eò facilius ferias esuriales perferre creditur *Pfulio* d. l. cavendum quippe simul erat, ne transspiret seu evaporet vel absumatur; ceu solliciti sic sunt, oleum incombustibile apud quantitatem suam reservare in capsâ obturatâ: dum fumus egressus iterum se necessariò recolligat seu relabatur in priorem substantiam. Vide Kirchmajerum de constante Noctilucâ. *Frider.* Martens/ Anno 1671. in Spitzbergische Reise. part. 2. c. 1. p. 24 quòd ibi sit insula Vogelsang dicta, propter ingentem multitudinem avium, quæ si avolant sursum, sonum edunt immensum, ut vix alter alterum audire possit. p. 19. quòd non compertum sit, *aves* has suos nidos parare ex materiâ, delatâ è Norwegiâ, Scotiâ, &c. c. 3. pag. 71. putat, quòd *aves* & *alites* illuc perveniant certis anni temporibus, & ament hunc locum, quousq; Sol splendeat: item quod *planipedes* videantur hîc quærere aërem temperatum: demum ubi frigus ingruit, & noctes crescunt, quòd omnes ad locum suum redeant: quòd ante abitum se congregent, & ubi nullas ulteriùs animadvertunt accedere, quòd tunc secedant gregatim, sed pro speciebus distinctæ: & quòd hôc modô sæpius sint visæ: unde colligit, *aves* in Spizbergâ per hyemem propter sævum gelu non posse subsistere. Item quòd inter proficiscendum, tàm in terrâ, quàm mari quiescant; exspectant autem secundum ventum, ne nimis defatigentur. De *Mewe*, *Senator* dictâ, nescit, an itidem in mari cogatur quandoq; quiescere: annum suum iter peragat spatiô unius diei: item dubitat de fissipedibus, ut Schnepfe/ Schnee-Vogel/ & Eisvogel/ quomodò mare transeant? item quòd ibi viderit planipedem *alitem* Johann von Gent/ in magnitudine *Ciconiæ*; item quoad pennas, quia in aëre, instar *ciconiæ*, cum rarô motu alarum vagetur, ante glaciem subsistat; acri visu polleat, dum ex summitate rectâ descendit in mare

ad captandos pisces visos. Item quod videatur in mari Hispanicô, præsertim Boreali, ubi appropinquat ad halecum piscatores. Fallitur autê hîc autor, si præsumet *aves* descendere ad Tartariã, Norwegiam &c. loca magis Australiora: siquidem etiam invenirent frigoris inclementiam & loca ad pastum incommoda. Præsumi itaq; de his pariter expedit, quòd latibula sua quærant sub dulcibus aquis, in viciniâ conjunctim petendis. Tum quia mihi nequaquàm fit verisimile, quòd *Nova Zembla* sit Insula, ceu Bosius in introduct. in Notit. Rerumpubl. c. 21. §. 19. & 22. p. m. 150. 151. 148. 163. quasi manifestum habet. Cum Martiniere. An. 1647. in itinerariô Danorum ad Moscoviam p. 79. c. 47. continentem agnoscat cum Groenlandiâ, terrasq; vastas præsumat novo inventori; item quod fretum Voygat sit impervium, licet in longitudine depræhenderit plusquàm 35. leucas Gall. ubi alii mentiti sunt 10 Censet autem impervium c. 37. p. 61. propter glaciales montes (alibi paternoster Berge/ ubi nix per totum annum, neq; diebus canicularibus, liquefit,) obstruentes iter in mare Tartaricum, quod aliàs navigationem abbreviaret ad 3. vel 4. partes, uti & nomen *Voygat* testatur, id est kurtzer Abschnitt Sic recordor me legere scriptum aliud Hamburgi impressum, quod exprimit iter pedestre ex *Samojediâ* in Novam Zemblam, per isthmum, modò quòd hic nonnumquàm aquâ stagnante irrigetur, quando nix calore dissolvitur. *Christoph Knollius*, Diaconus Sprotaviæ Anno 1616. in Prognost. Gener. perpetuô, part. 2. p 50. De *Parthiâ*: hæc regio plena est Sylvis & montibus, in planitie æstus merus, Münster. unde creditur, *CICONIAS* nostras, emigrantes à nobis, illuc migrare. *Schönerus de usu globi terræ*. ibid. De Nicopoli Armen. Minoris, ubi Magna planities ad aciem accommoda, Turcis Cassovasi, id est *anserum* campus: quia feri *anseres* hîc se congregant, & turmatim in nostras regiones advolant. *Chron. Carion l. 5.* Cæterum Anno 1679. 14. Martii ante Diem Gertrudis *Lipsiæ* sunt *ciconiæ* reduces visæ, ubi vix desierat ingens frigus, continuatum in acerrimâ hyeme per 16. septimanas inclementer. Ut Anno 1678. d. 12. & 13. Sept. æquinoctialibus animadvertimus *hirundinum* exsilium: sic annotavi de Anno 1669. ad 25. Martii, quòd tunc his Hirundines nondum advenerint, præter paucissimas: ubi aliàs

adven-

adventum *Ciconiarum* antevertere ſolenti: unde tunc adhuc homines inſtans frigus præſumebant (ceu ad dictum diem continuatum fuerat ut etiam ſequebatur ultra medium Aprilis.) *Petrus Molinæus*, Junior, Gallus, von der Seelen Friede/ l. 2. c. 13. p. 222. (Interprete D. Christian à Ryſſel. Lipſ. 1666.) Die Schwalben werden aus unſerm Lande/ durch die ankommende Kälte verjaget/ und gehen freymuthig davon/ ein ander Land über alle Europæiſche Länder und Seen entlegen/ zu ſuchen. &c. Verùm quòd hoc loquatur imbecillitas humana, atteſtantur domeſticæ aquæ, ut hybemacula harum avium: quæ Anno 1679. fortè 21. Sept. ex aëre diſparebant, poſtquàm hucusq; perpetuò in diuturnâ ſerenâ & calidâ tempeſtate perſeveraverant: ubi Ciconiæ vel ante 3. ſeptimanas exſulaverant. *Georgius Brandtius* (per anag. *rugit orbus ad ignes*!

Ejulat ad flammas miſer, & *rugit orbus ad ignes*:
Undas ſolatî *Brandtius* hiſce gerit.)

Narrabat mihi in traditione ſui Feur-Alphabeths/ Anno 1666. ubi *Alslebia*, parochialis inter Magdeb. & Anhalt/ incendium habuerat, & flammæ ad ſcholam ſe extenderent, ubi ciconiarum nidus: quòd alites toties roſtra ſua aquis impleverint, quoties homines ex *Salâ* undas hauſerant ad exſtingvendum, adeoq; gnaviter ut humore madefactum nidum ſalvaverint: quod Sacerdos ipſe viderat cum admiratione. Idem referebat, hoc quoq; circa *Bremam* aliquando contigiſſe, ſed citra talem effectum: quia domus cum nidò per ignem conſumta fuit. Aliàs ejusmodi eructationem aquæ, habent pro præſagiô futuri incendii: ſed fallit & hoc. Αυτόπτης mihi quoq; narravit, quòd, ubi *Noribergæ* 20. horrea flammis correpta fuerant, inſidentes binæ ciconiæ frequenter ultro citroq; advolando infuderint ex roſtris liquorem, ſed fruſtrà: ſiquidem æſtus quoq; ipſas attraxit & incineravit: perierant autem etiam ſimul homines apud averruncationem. Ubi Anno 1678. *Lipſiæ* ſub fin. Julii, multi cibi in Xenodochiô veteri cruentabantur divinitùs, viderant quoq; illic in tectô ergaſterii ciconiam evomentem undas. Nota, ubi A. 1667. in Novemb. in *Voigtlandiâ* nonnullæ *Ciconiæ* redierant, diu poſt abitum; ad nidos ſuos, (quemadmodùm quoq; propè Lipſiam An. 1678.

1678. in vicinô pagô Rohrbach aliqua redierat.) quòd homines cum anseribus ex rure *Ciconiam* fortè domo intulerint compulsam, uti & hoc *Zwiccaviæ* factum, ubi carnificis servus cum anseribus prætnaturè advenientem ciconiam attulit ex agrô, quem herus deinceps ab An. 1667. servaverat. *Uhstedæ in Thuringiâ* viderant accolæ *Ciconiam* in Comitiis harum Anno 1678. dilacerari apud abitum. Malefica (der arme Sünder) steterat in mediô, & collum cum rostrô versùs humum semper humilis porrexerat: Cœteræ incluserant circuitu & demum signô quasi datô per concrepitationes, omnes unô impetu irruerant in damnatam, & post comminutionem devolaverant. Tali modô quoq; doctus quidam *Lipsiæ* aliô tempore alibi judicium peractum adspexerat. Cæterùm Anno hôc 1678. Die præter propter 15. seu 16. Augusti demigrarunt *Lipsiâ*, ubi æstu dies adhuc perquàm fervebant, & quidem præter solitum fermè, adhuc per aliquot dies, ad 25. Sept. absq; omni pluviâ, durante fermè siccitate: ab hinc enim Zephyrus ingruebat cum pluviâ, licèt paucâ. Hortulanus referebat, ranas adhuc sat multas reperiri. Hoc annô confabulabar cum Norwegô Discipulô, oriundô prope *Anslo*, asserente, quòd in ipsâ Daniâ, ubi fretum transierat, vidisset *ciconias* in campis. Item, quòd Rex pænâ capitis interdixerit *Bergæ* vexationem mercatorum, Hänselirung/ ante 4. annos, quia consulis filius Hamburgô accedens tam crudeliter tractatus fuerat, & cacoëthes ad aures judicis tunc demum delatum erat per accusatores, (*hoc obiter.*) Anno 1677. Caspar Adam à Berlepsch, nobilis Thüring Seebachi educaverat vel 10, vel plures anates Sylvestres, quæ unà cum cicuribus extra aream prodierant foràs in lacus & redierant ad pastum per æstatem: quia alæ præcisæ & ligatæ fuerant, quò impedirentur à volatu. Verùm ubi tempus adfuerat, quô cæteræ à nobis abeunt in hybernacula, tunc omnes quasi evanuerant; ut nesciverint, quorsum se contulerint, ad stuporem possessoris. Credo ego quòd itidem hæ aves ab condiderint se sub aquis per semestre algidum, cum *hirundinibus* (quas aliquis in palustri locô mucosas deprahenderat, tanquàm spermate vel pituitâ oblitæ fuissent.) & ciconiis. Quia autem piscinas arte factas adhibere quasi à naturâ coâctæ fuerunt, puto non tam reviviscere potuisse, sub vernâ tempestate, ac

reli-

reliquæ in ſtagnis vivis. Cæterùm Pandochéus Lipſ. in *Aquilâ canâ*, poſteà *nigrâ* plateæ fænilis, reſervaverat per hyemem aliquot ejusmodi ſylveſtres anates in areâ domûs, inſtar cicurum. *Schleza* Anno 1669. ni fallor, contigerat, ut invenirent ſeu 9. ſeu 10. ova ad piſcinam, verùm fœtus 7. ubi à cicure excluſi ſunt, unà cum domeſticis aſſvefactæ exierunt & redierunt: donec tempore matuô autumni avolarunt ſine reditu: nam alæ non fuerant mutilatæ. Nobilis prior aluerat Anno 1677. aliquot *perdices*, quas ancilla adeò cicuraverat, ut vel in gremium ejus advolaverint ad paſtum. Ubi autem tempus acceſſerat, quó mactari debuerant in lautas dapes convivarum, & famula ultimâ vice victum præbuerat, dixeratq; condolendo: Ach / ihr armen Thiergen / morgen müſſet ihr dran / und euch erwürgen laſſen! omnes in receptaculô ſuô ſponte capita confregerant ad internecionem, quaſi peremtoriè citatæ. Ut herus ſummè admiratus fuerit ignorans fatum. Simile quid de *leporibus* paſſim auditur & per experentiam habetur, ut parcas ſermoni humano à brutis alienô, minisq; præcocibus ſeu indebitis, tanquàm prognoſtico de futurô unicè ad DEUM ſpectante. Unde Apoſtolus monet, cum cautelâ & granô ſalis pronuntiandum eſſe de craſtini agendis, ſeu quòd tunc hoc vel illud velimus transfigere: nim. *DEO volente*, ſiquidem nemo novit, quid ſerus veſper vehat, dum inſtantia in ſolâ DEI voluntate ſita ſunt, ut ames præſentia citra ſolicitudinem pro craſtinô. Obſigno nunc meam digreſſionem verbis *M. Joh. Mülleri, Witeb. 1679. de corporum defunctorum operationibus*, th. 5. Deinde etiam diſt. *inter corpora verè & apparenter tantùm mortua*. Non loquimur hîc de corporibus apparenter mortuis, ea enim iterum operari, mirum non eſt, cùm forma nunquam ex iis egreſſa, tantùm ad tempus latuerit. Quod comprobat, exemplum *hirundinum* qui hybernô tempore quaſi mortuæ alicubi jacent: quamvis *quô ſe tunc temporis recipiant*, non una omnium ſit ſententia, de quô conf. Excell. DN. *Thomaſium, Diſp. de hybern. hirund.* Quidam putant, eas hyeme approquiquante 1. *CALIDIORES* petere *REGIONES*: Alii 2. contrà vel in *ARBORIBUS CONCAVIS*, vel 3. *AQUIS* vel 4. *RUPIBUS*, vel aliô quocunq; locô ſeſe abſcondere perhibent; & quidem propter has rationes (1.) quia in hyeme ſæpe re-

E peri-

periantur latentes in *concavis*, & *putridis arboribus*, Franz. II. A. P. 2. c. 21. p. 513. Ranzovius Cal. Rom. p. 16. 17. (2.) *Angustiis convallium*. Franz l. c. (3.) *Altis montibus* Ranz. l. c. (4) *Locis petrosis*, Bodin. Theat N. Franz. l. c. (5.) *Aquis & lacunis*, Olaus. M. dereb. sept. L. 19. Zeiler. Cent. 2. Ep. 83. Ranzov. l. c. Franz, loc. c. (6.) quandoq; etiam in *Nidis suis*, vel in domibus, quod suo exemplô comprobatum reddidit suô tempore *D. Georgius Major*, quando refert, comment. in Cor. 15. Se Witebergæ in templô arcis sub vetustâ quadam tabulâ tempore hyemis conglobatam hirundinum congeriem invenisse, quæ in Vaporarium delatæ spiritum ac vitam receperint. Uti hoc ex ipsô B. Majore refert B. Gerhardus LL. CC. T. 8. De Resurr. §. 33. ubi plura hujus rei exempla legere licet. Ex his verò diversis autorum sententiis relationibusq; quid certi statuendum sit, res profectò ardua est, quam non nisi exercitatissimi Physici indagare valeant. *Senguerdius* Exerc. 41. tamen diversissimas has sententias conciliare studet, cùm plura & diversa essent hirundinum genera, juxta Plinium l. 10. H. N. c. 33. p. 176. & *Scaligerum*, Exerc. 228. sect. 1. p. m. 717. &c. qui ultimus quatuor numerat earum genera. Putat igitur *Senguerdius* illas, qui propiûs adsunt ripis, hyberno tempore in aquis, & sub fluviatili arundine latebras quærere, reliquas verò partim in arbores cavas, partim in calidiores regiones se recipere. Cui sententiæ quoq; adstipulatur *Kircherus* Mund. Subterr. L. 8. S 4. p. 88. a. &c. & Voigt in Physical. Zeit-vertreiber/ cent. 1. q. 92. p. 206. &c. Nos verò uti nemini hâc de re litem movebimus; ita si ingenuò & liberè fateri liceat, quid sentiamus, putamus probabilem maximè esse istam sententiam, quâ statuitur, hirundines appropinquante hyeme vel in *aquis*, vel *petris*, vel *arboribus*, vel *domibus*, vel alibi sese abscondere, & quasi mortuas jacere, non verò per mare in calida loca emigrare, cùm *illud* experientiâ satis, *hoc* verò nondum hactenus probatum sit. Et si hirundines cum reliquis avibus avolantibus calidas regiones peterent, certè etiam sub vernum tempus non sigillatim, una post aliam, (quod experientia testatur) sed gregatim more *Ciconiarum* aliarumq; volucrum ad nos redirent. *Quòd* verò *HIRUNDINES in illô statu atq; tempore minimè sint mortuæ reverà*, sed tantùm apparenter & quasi mortuæ, probatur, quia

tunc

tunc forma adhuc in ipsis residua est, in actu scl. primô: quod colligitur exinde, quia tunc ab omni putredine sunt immunes: &, si forma ex iis in illô statu emigrasset, impossibile foret, eas ad operationes & actiones vitales sub vernum tempus redire posse, cum à privatione totali ad habitum non detur regressus. Quomodò verò *Hirundines* intra aquam aliaq; loca hyeme vivere queant, docet Kircherus Mund. subterr. L. 8 s. 4. p. 89. a. ubi col. b. simile exemplum & experimentum tradit de *ciconiis*. (Resp. cur ergò autor statuit eas gregatim ex calidis locis redire: quûm simplex saltem hîc habeatur species: & *Plinius* cum experientiâ dicat: Manè videri in nidô rediisse, non redire?

IX. Quòd Gallus sit *Marti* sacer. Nat. com. Mythol. l. II. c. 7 p. 162. Vigenereus in com. in Cæsa. debell. Gall. Anglos abstinuisse ab esu *Gallinacei* in honorem *solis*, quòd ea avis maximam cum sole conjunctionem habeat. Vide c. 20. p. 39. In Lagographiâ M. Wolfg. Waldungum, (Amb. 1619) Marc. Frider. Rosen-Creutzer/ Nürnberg 1643. ad Calend. quòd currus *Mercurii* trahatur à 2. gallis, qui indicant clamore suô præsentem diem ut & Mercurius soli vicinus, item quod galli præsentiâ suâ dispellunt spectra, serpentes & vermes. Hinc ὀρθροβόαν, id est *Manicinem* vocarunt. Joh. Mic. Dilherrus, Jen. 1638. De Antiquitate, th. 37. Alius, *Gallina* & Gallus sunt vigilantiores cæteris animantibus domesticis, quia cerebrum eorum siccissimum, adeoq; non ita nervi obstruuntur per humores, siccitas autem cerebri cognoscitur ex rubedine pectinis, qui est excrementum cerebri. Ovid. l. 1. Fastorum:

Nocte, *Deæ Noctis* cristatus cræditur ales.

X. *Joh. Hundorphius, Erfurt. S. S. Joh. C. pariterq; Minist. Academ de Ritu Depositionis, subfin.* Warum die alten den Hahn aufs Collegium und ins Abc Buch gesetzt? Nehmlich

Gleich wie die Hanen in der Nacht/
Auff Morgenstunden haben acht/
So sollen Studenten diese Zeit/
Fleißig anfangen ihre Arbeit.

Surgamus ergò strenuè,
Gallus jacentes increpat,
Et dormientes excitat,
Ergò jacentes surgite;

Canente *Gallo* spes redit,
Gnavi Studentes surgite:
Ac ad Scholam concurrite,
Surgamus ergò strenuè!

D. And. Rivinus Lips. 1640. in Jubil. 2. Typograph. de chalcographiâ, p. 22. Atq; hinc adeò, nisi corrector quispiam φιλόκαλος suâ sponte & studiô benè merendi de re librariâ, debitam adhibeat diligentiam, per Jovem! istorum Corydonum causâ, *gallinaseum* illum (quem ab Ulrico Hahn/ primô Romanorum Typographô ad illos devenisse argutari quis posset,) ut libellis Alphabeticis aliàs postremum, in fronte primorum Elementorum locô collocatum dicerem te offensurum &c. Vide eundem p. 18. de Ulrico Hahn porrò.

XI. *Ad D. And. Rivin. Lips. 1638. in Asclepiadeis sacris M. Christoph. Heroldus*, Gallus pervigil expassis somnum diverberat alis: Asclepî studium vigiles ita poscit alumnos. Aus der deutschen astrologie zu Franckfurt gedruckt/ so eine Frau einen Hahn hat/ die träg und faul ist / die gebe ihme Endivien zu essen / und scheure ihme seinen Kram damit/ so wird er lustig werden/ und recht der Hennen warten.

XII. Nomen Fenrich inter nomina alia officiorum est peculiare propter terminationem suam, certè Rick est pertica: cui demum ut plurimum annexum fuit velum, Fahne unde Fänrick. Sic qui imposuerunt & alligarunt *anserem*, *Gensericus*: qui gallinam, Henrick/ Henricus: qui *Virgam*: Rodericus: qui mulctram seu vas amplum, Satte/ *Soterichus*: (vide Gra eri antiquitatt. Nemausens. p. 200.) qui pennas, plumagie, Federrick/ demum *Federicus*, & à malè intelligentibus Frederich/ Friederich/ *Fridëricus*, q. d. dives pacis. Qui Alpum, s. Elbonem, Helprick (perperam nunc quasi Hülfreich:) unde & *Albert*, & Elben, fætus vermiculares veneficarum. Qui *aquilam*, Adelricus. q. d. Adler-rick/qui *Ululam*, Ulrick: quasi Eul-rick vel mitra, Hülle: perperã hinc Huld-reich loga qui spicas, Erich/ quasi Ahrrick. *Cortrik.* qui cingulum, Gurt/ Gort/ alligavit perticæ. *Helmricus* vel *Elmricus*, qui galeam habuit ad perticam: qui Mese seu Meyse/ *Meseric.* qui capram, Ziegeryck, quandoquidem hîc mul-

tæ res ineptæ sunt ad alligationem, hinc pauciora nomina habes, quàm ab Hert seu *Focô*, de quô alibi. 2. Harstörffer p. m. 485. der Gesprach-Spiele: Die alten Deutschen haben in ihren Heer-Zügen/ Hanen mit zu führen pflegen. Vielleicht sich der Wachsamkeit und Tapfferkeit zu befleißigen: Daher auch noch im Gebrauch/ das die Maul-Eseltreiber auf den ersten einen Haanen/ oder zum wenigsten Hanen-Federn gebrauchen: der Sinnreiche Bildhauer/ Phidias hat auf der Minervæ, oder Bilde der Krieges-Göttinne Helm (Num etiam à *Gallis Galea*? unde Minerva *galeata*? vel *Galerus*? sic Idomenéus, quia à *Sole* habebat principium, in *Clypeô gallum Gallinaceum* ferre solitus; quia hæc avis *soli* fuit sacra. Pausan. l. 5.) einen Haan gemachet; zu bedeuten/ das die Soldaten wachsam seyn/ wie erst erwehntes Thier/ und so großmüthig/ das sie entweder obsiegen/ oder zu sterben wünschen sollen. Der Haan ist sehr zornig; der Zorn aber machet kühne/ und alle Gefahr vernichten: Daher auch (1) die Frantzosen/ *Galli* und die Dänen/ Hanen genennet seyn sollen/ wegen ihrer Tapfferkeit; die sich diesem Thier verglichen haben wollen. Der Haan ist dem Kriges Gott/ Mars, wegen besagten Ursachen/ oder wie die Poeten wollen/ das er nicht gute Schildwacht gehalten/ als er dem Vulcan Hörner aufgesetzet/ geopffert worden. Gleicher Gestalt ist der Haan dem Æsculapio, Mercurio, der Sonnen/ und dem Mond zugeeignet von etlichen Völckern aber angebetet worden: Daher die Christen vielleicht Ursach genommen/ das Haanen Bildnisse auf ihre Kirchen zu stecken/ das er sich nach dem Winde wenden soll. Das aber der Haan auf den Kirchen von des Petri Haan herkommen/ ist glaubliger/ als von der blinden Heydenschafft. Hactenùs ille: Quod prædicta attinet, ubi dicebatur (denen Frantzosen) *Gallis* nomen venisse propter *fortitudinem*: Hoc verum est à parte *Gallinaceorum*: sunt enim animalia pugnacissima, & quibus natura præter alites cæteras addidit *calcaria*: Hinc etiam fieri dicit *Bodinus* p. m. 374 Naturæ Thëatr. quòd *Gallorum* voces sine temporis discretione exaudiamus: scl. id fieri autumat, aliorum contentione, aut acceptâ victoriâ. (2.) Quod *Lëones* expavescant & terreantur cantu *Gallorum*. Vide tamen de hôc Harstorff. in Gespräch-Spiel. p. m. 485. item Crusium in Disquis. de Nocte. cap. 6.

p. m. 21. &c. Confer Camerar. centur 2. oper. ſubceſiv. cap. 86. p. m. 333. Cruſium de nocturnis officiis. (*Jocus*, cur non *Gallina*? adde p. m. 153. Diſcurſ. Philol. Frid. Tileman. de Galló vivente in templó.) Quod deniq; concernit *vigilantiam*, itidem illud verum eſt de *Gallinaceis*. Hinc enim (1.) Græcis dicitur ἀλεκτρυὼν & ἀλέκτωρ, quaſi ἀπὸ λέκτρων, à lectó revocantes. (2.) ὀρθροβόας, quòd tempus matutinum ſuâ voce & cantu denotet: (verba ſunt Hoſti p. m. 420. lib. de Menſur. l. 3. Gallicinium (dicentis) ſ. conticinium, pars noctis. Macrob. Athenæus lin. 3. Dipnoſoph. Gallum ab Alexarchô Uranopoleos conditore, appellari ὀρθροβόαν. &c.) Eſt enim *ales lucis prænuncius*. Ovid. Quòd homines à lectô ad domeſticos labores in re familiari ſuô cantu excitet. Alibi tamen pro ὀρθροβόαν ſcribitur ὀρθοβόαν, *quòd erectô collô vociferetur*. Porrò hæc avis non ſolùm noctis, ſed & diei ſpatia & inter valla ſuâ voce & cantu diſcernit; nim. ſagacitate naturali huic aliti inſitâ: quemadmodùm *GALLOS* in *militia* *hodiè apud ſe habent in plauſtris alligatos*: (hactenùs *Hoſtius*) Nam propterea (dicit d. l. *Bodinus*.) populi orientales, qui *Gallis gallinaceis* olim, *pro Horologiis*, *utebantur*, diem naturalem in horas 8. *diviſere*. *Hinc ab Hebræis legimus ob ortu Solis primam*, *tertiam*, *ſextam*, *nonam*: ac totidem vigilias nocturnas. (3) Germanis Han. Nam (ut vult p. m. 91. l. 6. Hieroglyph. *Goropius*) quia cantu ſuô maximum uſum hominibus præſtat; dum quotidianorum temporum docet oportunitates, & ſic eâ ratione habetur veluti *Magiſter operum omnium*, per horas diſtribuendorum: Ideó etiam nomen invenit *hain*, ceu *ſit an* ꝛ/: ferventer aggredere! De cauſsâ, cur *Gallus*, præco diei, noctis præfundæ pervigil (ut eum vocat *Prudentius* in Rhytmiis, & B. Ambroſ. vide p. m. 13. d. l. de diſquiſ. de Nocte) *horas noctis diſcutit*, & *demum vocem exhortationis emittit*. *Secundùm Pauſan. in Moralibus vide Plin. l. 10. c. 21.* & Bodin. d. l. qui dicit (1) *pleroſq; id poſt concoctionem fieri*, *autumare*, &c. (2) Cœli, aëris mutatione, quæ fit per curſum & motionem ſubterraneam. &c. Vide multa d. l. p. m. 12. &c. Autoris in Diſquiſ. de Nocte c. IV. adde *Camerar*. p. m. 340. &c. cap. 89. centur. 2 oper. ſubceſ. Aves ſingulæ ſingulis ferè temporibus canunt. *Apuleſus* p. m. 355. in Florid. Non mihi Philoſophia id genus Orationis largita eſt, ut natura quibus-

busdam avibus brevem, & temporarium cantum commendavit. *Hirundinibus* matutinum, *cicadis* meridianum, *noctuis* serum, *ululis* Vespertinum, *bubonibus* nocturnum, *Gallis* antelucanum. Quippe hæc animalia inter se, variô tempore, & variô modô occinunt, & occipiunt carmine, scl. *Galli* expergificô, *bubones* garrulô, *ululæ* querulô, *noctuæ* intortô, *cicadæ* obstreperô, *hirundines* peracutô. Owenus p. m. 76. Epigr. 8. librô unô: Gallicinium. Ad H. Principem.

Anglorum sensit virtutem *Gallia*; solus
Ad *Galli* cantum non fugit iste *Lëo*.

Joh. *Camers* in Solin. c. 32. p. 162. *Galliæ* ab incolarum *candore*, ut pleriq; existimant, nomen inditum. Græci enim γάλα, lac nominant. *Berosus* Historicus vetustissimus, quintô histor. librô, scribit, anno X. Saturni, primi Babyloniorum regis, Comirum *Gallum*, posuisse colonias suas in regnô, quod posteà *Italia* est, & regionem suam à suô nomine cognominâsse, docuisseq; illos legem & justitiam. *Appianus* in eô librô, quem Illyrium inscripsit, tradit, Polyphemo Cecropi ex *Galateâ* tres fuisse filios; *Celtum*, Illyrium, & *Gallum*, eosq; ex Siciliâ progressos, Celtis, Illyriis, & *Galatis*, s. Gallis ab ipsis nomen assumentibus, imperâsse. Non placet eorum sententia, qui à *Gallô gallinaceô* eos nomen sortitos asserunt, quòd, instar alitis hujus, in *Venerem* proni sint. Porphyrius author est *Gallos* magna mercari adulteria, vel propter divitias. Vel quòd incensioris libidinis sint. Unde proverbiô cœptum dici, *Gallis hanc*, in mulierem cupidam, & tergiversantibus utentem, quibus ingens pretium extorqueat, ab iis, quibus copiam sui corporis factura sit. *Quadus* ad tab. 63. De Daniâ. *Goropius* hoc Etymon & originem prodit in *Gethodaniis* suis: Cimmeriorum pueri cùm populorum innumerâ multitudine crescerent, & longè lateq; *Scythiam* paulatim occuparent, variis se nominibus nuncuparunt; alii aliud in iis ponendis propositum seculi. Inter hos igitur fuerunt qui, quòd belli studiis potissimùm oblectarentur, atq; in iis non tàm avaritiâ, quàm generosó animô dicati, victoriam & laudem potiùs, quàm divitias quærerent; nomen illud sibi ab eô animali sumserunt, quod inter omnia plurimas naturæ dotes adhunc scopum necessarias habere

bere videretur. *Gallum* igitur *Gallinaceum*, tùm bellicæ laudis & generosissimi animi, tùm indolis regalis, & militis strenui, & ad omnia momenta vigilis optimum exemplar, ut pro symbolô & synthemate quôdam sibi acceperunt, ita nomen quoq; ab eô placuit mutuari. Vocarunt enim sese die Hanen / & compositè per concisionem D'anen / aspiratione in D. litterá mediâ delitescente. Sed quia *Dani*, vocali primâ in secundam mutatâ: den pro die Han dicere solemus; quorum illud *Gallinaceum*, hoc *Gallinam* notat, fit illud non citra convitium. Ab Hanen dicti Galli, Eneti, oppidum Henneberg. Dani, Rego Hennigavia, Alemanni, populi Hunni, Hanes, Incolæ Hannoniæ, (p. 1003. C. Steph. Alectryon. Confer Pantagruel- c. 28. *INUNDATIONE* Dickinson p. m. 11. &c. Delph. Phoenicizant: Ogyges (inquit Xenophon de Æquivocis.) plures fuère. Primus Atavus Nini (s. *Noa*) quem Babylonii *Gallum* cognominant. Quòd in *inundatione*, etiam superstes, alios eripuerit, & genuerit. Hinc *Sagæ*, apud quos navigiô salvatus est, & ereptus, ratem vocant *Gallerim*, quæ undis salvet. Et *Thusci* rates ea propter *Geleas* vocant. *Noa* igitur *Gallus* dicitur à diluviô imbriumq; recessu; nam גל *Gal* (ut annotavit Vir eruditus Gvıliel. Postellus in libr. de *Etruriæ* origine,) *fluctum* significat, & aquarum copiam. Hinc & Italiæ antiquissimam gentem (quam Nöa *Gallus* condidit) *Umbrios* (ἀπὸ τȣ̃ ὄμβρ.) à Græcis putant dictos, quod *inundatione* terrarum imbribus superfuissent. *Plinio* teste in lib. 3. Nat. Hist. c. 14. Hi ergò Græcè dicuntur ὄμβριοι, ἀπὸ τȣ̃ ὄμβρȣ & ὀμβρικοὶ *Stephanus*, ὀμβρικοὶ ἔθνος ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον, λέγονται ὄμβροι, παρὰ τοῖς ἰταλικοῖς συγγραφεῦσι. Eosdem *Thusci* olim, (Postellô teste) vocabant *Gallum*, i. e. *impluviatos* quos posteritas vocavit *Gallos*. Quod ratum fit è *Solinô*, Qui in collectaneis. D. Joh Strauchius in differt. Exoter. p. 2; præscribunt sibi Reges Angliæ, titulum Regum Franciæ, quem habent à Karolô VI. Rege Angliæ. Hujus enim Filia Katharina nupsit Henrico VI. Angliæ, quem Gallus hæredem regni instituit, filiô Karolô exhæredatô, ab eô tempore Reges Angliæ *LILIA* scuto suo adjecêre. Joh. de Laët descript. Gall. Refero huc commodùm, quod habet autor aulæorum Roman. contra peristrom. Turcica p. m. 43 Quòd *Galli* sint omnium horarum homines. *Guicciardinus*, inquiens, gen-

tem

tem *Gallorum* felicem magis conquirendo, quàm prudentem conservando prædicat: (Non minor autem est virtus, quàm quærere, parta tueri,) quodq; illud ad Fortunæ, hoc ad virtutis munus referendum sit, Petrus Gregorius de prælud. Icti opt. l. 11. 2. *Gallos* omnium horarum esse homines ex illô notat, quòd in capite *Galli gallinacei*, in cerebrô sine fracturâ exassatô, (quod facilè contingit in multum elixatô) *Lilium* observetur: idem Autor peristrom. in insignia Galliarum Regis Ludov. XIII.

Aurea cœruleum decorant tria lilia campum
 Rex ô insigni, maxime *Galle*, tuô.
Sunt tria, (perfectus numerus quia trinus habetur,)
 Lilia, vulneribus certa medela malis.
Aurea, quô virtus tua & auri magna notetur
 Campus cæruleus justitiamq; notat.

Merkerus D. Med. Hal Sax. refert cum Tholosanô, se aliquoties observâsse tria *lilia* in capite *Galli*. Cæterùm narrat, quasi Remis angelus olim cælitùs cum oleo tria *lilia* attulisset S. Episcopo: unde insignia Regni.

XIII. De Rege serpentum, *BASILISCô*, Solin. Part. 2 c. 38. al. 36. quem ova Ibidum facillimè gignere dicuntur Theophylacto Simocato in dial c. 14. p. 58. edit. D. Rivini (1653.) ad cassium Jatrosoph. à quô quidam *Basileam* esse dictam præsumunt, Vide Andr. Libavium, Coburgi 1610. De ovis gallinarum, th. 12. Num Gallus ovum pariat, indeq; excludat seu ipse seu *Bufo* Regulum serpentem? Levinus Lem. l. 4. Occ. N. p. 12. id seriò affirmat. Ulysses Aldrov. l. 14. ornithol. pro fabulâ habet, & ne jurantibus quidem auctoribus credit, quamquàm allata sibi dicat ova gallorum rotunda colore buxeô, lurido. Quorum unum fractum intus fuerit totum album exceptô punctô quodam flavescente. Magnum quid est tantis auctoribus, & ostensioni oculari juram entoq; non credere velle. Varietas asserti potest fidem diminuere (alii enim aliud dicunt) sed non totam intervertere. Sanè Basiliscum esse quendam serpentem, sibilo, halitu, visuq; lethiferum, præter Lucanum &c. tradunt etiam Biblia Es. 59, 5. Vide Horapollinem in Hierogl. Plin.

 l. 8.

l. 8. 21. cujus Basiliscus serpens Cyrenaicus est longè differens ab eô, quem veteres ex ovô Ibidis, aspides vorantis, gigni tradiderunt, Pier. l. 12. qui fabulosum credit, quod de ovô Galli proditur l. 14. Hieroglyph. & pro symbolô draconis antiqui satanici habet. Ulysses admirabilem *Gallum* repræsentat conspectum in aulâ ducis Hetruriæ Medicéi, cui caput gallinaceum mirè cristatum & plumosum corpus, licèt aliud â vulgaribus, pedes ocreati, cauda bubula, absq; uropygio, cujus loco est callosus quidam circulus, ex quô cauda procedit quem Basiliscum illum fortassè dixeris. Venenatum animal aut molam ex ovis corruptis, vitiatisq; prodire posse, non est dubium, sed simul monstrosum. Ideò & Gorgoneus partus Paræi, aliorumque pro tali habetur, licèt Aldrovandus non facilè credat, putans arte potiùs talia concinnari, quàm naturâ gigni. Sanè quid ex corruptis seminibus etiam uteris mulierum nascatur, Lombardica monstra, serpentes & alia testantur. Confer. M. Frider. *Madewisii* Disp. Jen. 1671. De Basiliscô ex ovo *Galli* decrepiti oriundô, & Matthiolo comment. l. 6. Diosc. c. ult. fabulosum. Grevino l. 1. de venen. c. 18. apud Sebizium discurs. Med. de casu adol. Argentor. Bodin. Theat. natur. l. 3. p. 306. quia sic a nemine describi potuisset, si sibilo auditô aut corpore visô homo statim emoreretur. Galeno l. 10. Simpl. c. 1. non visus, sed l. de Ther. ad Pison. c. 8. descriptus est. Sed merum figmentum esse, negatur Es. XI, 8. &c. c. 14, 29. c. 59, 5. Jer. 8, 17. Prov. 23, 32. Lemniô l. 4. c. 12. Nierenbergiô l. 6. Hist. Nat. c. 20. Nicandrô in Theriac. Avicen. l. 4. canon. fen 62. tract. in c. 22. Aetiô Tetrab. 4. Serm. 1 c. 33. Paulô Æginet. l. 5. De re Med. c. ult. Lucanô l. 9. Solino. Ælian. l. 3. c. 31. Isidoro, Festo. &c. Scaligerô Exerc. 246. sect. 4. n. 3 Hier. Mercurial. l. 1. de Morb. Venenos. & Ven. c. 21. Paræo lib. de venen. Franziô hist. Anim. p. 742. Agricol. de anim. subterran. l. 33. p. 57. Albert. M. lib. de mirac. Mundi pag. 176. Encelio l. 3. Rer. metall. c. 54. *Dubitat* Casp. Reyet Elys. camp. q. 65. Horstius in auctô Lemnio l. 2. part. 3. c. 7. p. 171. quòd *Gallus* annorum 7. 9. 10. ovum pariat in diebus canic. item Ant. Mizaldus, Gallus Med. cent. 9. Memor. 53. pag. 200. Th. Bartholinus anatom. cent. 1. hist. 10. p. 162 &c. De galli annosi ovô in Regiâ Hafniensi partô. Negat ovum gallo Harvetus

Exerc

Exerc. 28. 31. Sperling. in Zoolog. l. 4. c. 14. ax. 2. Laurent. Acerr. Philol. Cent. 2. c. 27.

XIV. Quàm accidentarius & inopinus est numerus cucuritionis illius Galli in domo Pontificis, ad numerum abnegationis Petrinæ Magistro suo præstandæ per omniscientiam Jesu: Tàm stupendè prævisa quoq; objecta seu contenta somniorum præteritæ noctis de subsequentis diei agendis; Secundum quæ Dominus omnes nostras actiones & cogitationes pansophus cardiognostes procul cernit. Verùm ut de apodosi divinum inventum *onirocriticum* propediem âget, *Bonô cum DEO*; ita de dosi neminem scio tàm solidè tractâsse quàm negocium hoc sacrum efflagitat vel desiderat. Cæterùm pensum suum fecit nuper *Jenæ Schlemmius*, von des Petri Hanen Geschrey/& *Erasmus Francisci* in meditationibus suis oder Geistlichem Hanen-Geschrey.

XV. *Reusnerus in Ænigmatograph. pag. 274.* Gallus in Fastigiis templorum.

Excelsi volucris versatur in aëre quædam:
Huîc similis quæ sit nulla sub orbe viget.
In mediis hujus natæ sunt ignibus alæ:
Orta est è flammis: æthera deinde subit.
Septenos vastô degluberet ore juvencos,
Hanc si corriperet non satianda fames.

Harstörff. p. 485. Gespräch-Spiele: quòd, quia *gallus* ab aliquibus populis adoratus est, consecratusq; Soli, Lunæ, Mercurio. &c. Etiam fortè à Christianis receptus hinc sit in tectis templorum, ut verteret se ad ventum. *Alciatus p. 48. Emblem. 48.*

Instantis quòd signa canens det *gallus* Eoi,
Et revocet famulas ad nova pensa manus.
Turribus in sacris effingitur ærea pelvis,
Ad superos mentem quòd vevocet vigilem.
Ast *leo*, sed custos oculis quia dormit apertis,
Templorum idcircò ponitur ante fores.

 (Duo-

(Duobus symbolis, quibus ex vetere Christianorum instituto, ædes sacræ insigniri solent: *Gallô* nempe in apice summô turris, & *Leöne* pro templi foribus, repræsentatur duplex boni pastoris & Episcopi officium, *Vigilantia & custodia*, &c. *Ad Ægid. Gelenium in Prodrom. Thaumat. Phys. probl. 28. p. 63.* Consvetudo ponendi *gallos* in turribus templorum profluxit à Gothis; horum illud inventum: ideoq; potiùs videtur & observatur apud *Germanos*, quàm *Italos*. *Gothi* gens pugnacissima, in *curribus* suis habebant *gallos*, quasi pro insignibus, aut symbolô *pugnacitatis*. Deinde ad distinguendas *horas:* hos *gallos* à *Curribus* transtulerunt ad *turres*. Nos usum retinuimus, præcipuè ad indicinam, quâ cœli parte *ventus* spiret. A *Gothis* etiam ille lusus puerilis, in Bacchanalibus, committendi *gallos*, victoremq; donandi tintinnabulô. Unde certamen *gallorum gallinaceorum* initium traxerit apud *Græcos*, Vide *Ælianum l. 2. cap. 28.* Singulare quoppiam heic animadvertas 1. quoad *Leönem*, de quô explicatiùs *Marc. Frider. Wendelin. in admirandis Nili. c. 7. §. 6. p. 55.* cùm, *sole LEONEM* transeunte, abundantissimè crescat *Nilus* (residens in *Virgine*, & incipiens ut *cancro*. Herod. l. 5. c. 9. & l. 18, c. 18.) ab *Ægyptiis* incrementi *Nilotici* Hieroglyphicum *Leo* fuit sculptus, tanquàm promus condus exinundationis *Niloticæ*, propter eam vero, inquit, *Pierius Valerianus ibi*, aquarum redundantiam, quam *Leönis* beneficio consequi se quotannis Ægyptii experiuntur, institutũ est, quod apud gentes omnes unô jam consensu receptum, ut canales, tubiq; & Siphones, qui aquam eructant, perterebrata foramina in *Leönina* capita ad id, locis oportunis, adsculpi solita aquam immittant, quæ inde ex *Leöninis* rictibus evomii videatur. (Resp. *Lipsiæ* videas quidem ad templum S. Nicolai *Leönem* in aquæductu lapideô, sed *Simsonis*: alibi sub tectis *araconum* capita cernas; item hydram ceu hydriam &c. Memini me alibi legere, à more *Ægyptiorum* oriri adhuc capita *Leönina* orichalcea cum grandibus annulis per os ductis, ad pulsandum in foribus templorum, imò aliarum quoq; ædium.) Mos in *Italiâ* frequens; nec in nostrâ infrequens Germaniâ, à veteribus architectis ex Ægyptô in alias regiones delatus, tandemq; à nostris quoq; observatus. Fortè paucis origo cognita: olim *Ægyptii* ex *Leöne* & virgine sphyn-

gas

gas conficiebant eâ de causâ, quòd *Quintili* & *Sextili* mensibus, quorum tutela *Lëo* & *Virgo* sunt, exuberat *Nilus*. *Laur. Pignorius charact. Ægypt. c. 3. Lucan. l. 10.* contraq; accensa *Lëonis* ora tumet Nilus. Confer *Henr. Schvalenberg. in Epist. Hieroglyph. Pierii. l. 1. p. 13.* §. 14. incrementum *Nili* ostendere cum vellent, *Lëonis* identidem hieroglyphicum faciebant: quippe cùm *Sol* in *Lëone* existit, *Nili* diluvium excitatur, duplumq; recentis aquæ Sole in eô signô commorante sæpiùs exundat. §. 13. *Lëonis* cum *galli* effigie religiosam formidinem indicarunt, proptereà quòd *Leo gallum*, & præcipuè album mirum in modum perhorrescat. Hoc ipsum pro symbolo colendæ divinitatis accipi quidam tradidêre. §. 4. per caput *Lëonis* Ægyptii sacerdotes vigilantiam atq; custodiam depingebant. &c. Cæterùm perspicimus inde maximè idololatricum quiddam sapere nostram imitationem: quod vix lenias cum aliâ denotatione per *Lëonem* de tribu Judâ. Si quidem 2. nec *Gallus* Petri in tectis, gentilitii cultus indicem averruncat, tutiùs alii ex sonô *galli* cucurientis, laminam ferream & anteà inconditam formarunt in *gallum*. Nam *Vertumnus* ille Æolicus seu Wetterhan/ Weyerhan / Kirret fast als ein krehen-der Han/ wenn er ungeschmiert an der eiserne Stange von Winden herum getrieben wird. Pergendum ad alia animalia, sibi reliquas anni partes apud Christianos facientia: Nam ut *GALLUS* Petrinus *supra* templum refert *Ver* & Pascha, *LEO ante* templum, ostendit *æstatem* & festum pentecostes. Sic 3. *ASINUS* Christi *in* templô apud præsepe *JESULI* monstrat *hyemem* & Natalitiorum ferias, sed non minùs superstitiosè cognovit bos & Asinus, quòd puer erat Dominus: vide Natalitia nostra. 4. Et *ANSER* Martinianus *extra* templum promit *autumnum* festumq; quasi Michaëlis. Fortè omnia sunt vilius A. L. G. A. si abusum respicias, qui totus est usus, dum strepit hic *ansor* inter olores. Lege *D. Joh. Christian Fromm.* Med. Prof. Phys. Coburgi Disp. de Ansere Martinianô.

XVI. *Frid. Tileman Discurs. Philol. p. 133. GALLUM & Gallinam* in verubus inassatum revixisse, & per multam sobolem, quæ pari numerô semper exactô *septenniô* succrevit, hodiè vivere in templô civitatis, quam S. Dominici *Calciatensis* vulgus appellat, atq; magnam DEI potentiam, summumq; miraculum referre, scri-

bit αὐλόπτιλος *Lucius Marinæus lib. 5. de reb. Hispan. c. fin.* Et meritò summum, aliter enim hi cotidiè deplumantur, & tamen nunquàm sunt implumes, *ô imperita simplicitas, ô Sicula veritas!*

XVII. De symbolis evolve *Masenium in speculô veritatis occulta. Reusner. in ænigmat. p. 319.* De *Gallô* captô à Cæsare:

> *Gallus* habet cantum, barbam, calcaria, cristam:
> Sub pedibus *gallum* sed Jovis ales habet.

Confer *Schvalenberg. in Epitome Hieroglyph. Pierii. pag* 120 121. possent hic quoq; proferri *proverbia* ut. der beste Hahn im Korbe: M. Valentin Fromm von Straf-Ammt der Prediger/ (Witteb. 1658.) p. 50. Geräth es gleich bißweilen so wohl/ das der Priester gegen dem Gewaltigen daß Maul ein wenig auffthut/ so ist es dennoch nicht mehr/ denn ficti Herculis Keule/ die keinen Nachdruck hat/ sondern sie rauschen und lauffen bald überhin/ wie der Hahn über die glüende Kohlen/ als man pflegt zu sagen. *M. Mathesius* in Postill. *Dom.* XVII. *Trinit. fol* 12?. *b* Wenn die Füchse noch so verschlagē und abgefeimt wären/ so gehets doch letzlich hinaus/ wie sie jener Hahn ansegnet: Ich straffe euch/ der Jäger streiffe euch/ der Kürschner täuff euch/ Amen/ in der Peisse komet ihr alle zusammen. Einem einen rothen Hahn aufs Haus setzen wollen/ daß ist bedreuen/ die Wohnung in Brand zustecken; Vide *de Admenatione Nicol. Guiel. Krügertum. Lips. 1679.*

XVIII. *M. Ulric. Schönbergerus, Lips.* 16?7. *De Meteoris aqueis, th.* 20. Frequens *galli cantus*, & quidem horâ insuetâ, est signum *pluviæ*, quia sentit se à vaporibus jam per *aërem* sparsis refrigerati, id quod illi voluptatem sæpe affert, quòd sit calidus, hinc etiam cantare sæpiùs creditur. Confer *Meurer. p. 269. Conimbr. Tract.* 7. *de Meteor. c. 3. D. Franz. Hist. animal. p. 404. Bodinus p. 375. Thëatr. Nat.* Num verius, animal illud cordatissimum & animosiss. Conditori suo gratiam habere? *Resp.* Ita quidem *Porphyrius* scribit, cui allegoria (*in Alcoranô*) subiicitur, ad carmen *galli* cælestis, *gallos* terrestres, vel potiùs homines, ad gratiarum actiones excitari, quæ nunquàm (*Ps. 128. & Job. c. 7.*) efficaciores sunt, quàm *mediâ* nocte.

Cur

Cur nocte *mediâ* solus inter animantia *gallus gall.* alarum strepitu & clarâ voce canit? *Bodin. p. 374.* Illius post coctionem id fieri putant, sed quia nec semper, nec omnibus est idem cibus, nec eadem mensura, nec eadem omnibus coquendi facultas, fieri non potest, ut sit eadem *coctio*, & ut fieri possit, cur non *oscines* quoq; eâdem semper *horâ* canunt? An id *Gallo* tributum est, ut *tertiâ* quoq; horâ tempus denotaret? nam propterea populi Orientales, qui *Gallis gallinaceis* olim pro *horologiis* utebantur, diem naturalem in horas 8. divisêre: Hinc ab *Ebraeis* legimus ab ortu solis *primam, tertiam, sextam, nonam*; ac totidem vigilias nocturnas. *Cur igitur gallorum voces sine temporis discrimine exaudimus?* Resp. id fit alarum contentione aut adeptâ victoriâ (est non animal pugnacissimum, & cui natura præter cæteras qualitates addidit *calcaria*) aut cœli mutatione, aut ad greges cogendos, aut ad *pigros* exsuscitandos, certissimus tamen index est *sole* meridianum circulum prætereunte, quia stabilis est ille circulus: *Horizon* instabilis; inde voces sub *crepusculum* sæpiùs ingeminant. Quod ᾄδειν etiam sive *canere*, *Galli* dicantur, *Schmiderus ad N. T. fol. 1180. b. Heiderus poëmat. l. 4. p. 458 in Gallum.*

Tempore non unò *canis*, ô mea, *Galle*, voluptas;
Hinc ego, quòd certas minimè discernere possis
Horas, efficio: rudis & sine pectore miles
Ille tibi fidat: sed me dubitare fatebor.
Plus rotulis fidei *solis*, quas dirigit umbra!

Idem p. 464. *in Gallum Gallinaceum.*

Jam cantus iterat solitos generosus *alector*;
In cœlô memorant *gallos* residere, sed illos
Ingentes quorum cristas & prendere rostra
Vix numerô possis: illi jam tempore certô
Si quatiant alas plauduntq; canuntq; vicissim,
Respondere ferunt nostros: res certa videtur
Aligeros veteres certis animalia formis
Assimilare ferunt, nec opinio vana, Ministros.

In

In Gallicinium.

Hîc etiam cantus prodit tua Numina: *Gallis*
Quis momenta precor longæ certissima *noctis,*
Suggerit? hoc unus facis, omnia digeris unus. &c.

Henischius in Procli Sphæram p. 232. *GALLICINIUM*, quando exeubitores *Galli* primum canunt, Græcis ἀλεκτρυοφωνία. *M. Joh. Frid.* Leubnitz *Lips.* 1656. *in Manipl. quæst.* c. 5. utrum *Gallicinium* sit statum, an temerarium? *Plinius* l. 10. 21. Hist. N. norunt, inquit Galli sidera & ternas inrerdiu horas cantu distinguunt, cum *sole* eunt cubitum, *quartaq;* castrensi vigiliâ ad curas laboremq; hominem revocant; nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; venientem nuntiant cantu. Et *Cardanus* l. 10. de perfect. animal. *Gallus*, ait, cùm expergiscitur à cibô, canit: plerumq; tamen sole meridiante, mediaq; nocte, ac cum radii *Solis* primam auroram effingere incipiunt. Robur igitur *solis* sequitur, & in *octo* partes totum dividit diem. Hoc *Scaliger.* Exerc. 239. deridet: Canit, inquiens, non statis horis ut nugantur, sed temerè. Hactenùs illi Scaligeri argumentum tale est: quic. exclamat tàm *interdiu,* quàm *noctu*, idq; sine ullô affectus discrimine, ille temerè, canit; at *Gallus* ita agit, E. Resp. Non temerarium omne *gallicinium* conjicere licet ex ἀλεκτοροφωνίας cujus tanquàm statæ tempestatis meminit *Christus Marc.* 13, 35. Temerarius itaq; est, qui hoc temerè negat. Arbitramur autem illud oriri primum à proprô hujus speciei geniô, ut distinguant statas temporum vices, quod imprimis fieri solet noctu circa quartam noctis vigiliam, *triboriô* antequàm aurora procedat, ubi ὄρθριον illud ᾆσμα auditur. Unde illa temporis vicissitudo κατ' ἐξοχὴν consvevit ἀλεκτοφωνία vel ἀλεκτρυοφωνία nominari. Vide *Gellium:* Deinde oritur *Gallicinium* etiam à certô hujus gentis affectu, eoq; vel naturali, cujusmodi est notabilis, aëris & temperiei mutatio, unde vulgus: Die Hahne krähen / es wird ander Wetter werden / vel morali analogico, qualis est imprimus ira, id quod apparet in altercantibus Gallinaceis, quod non tantum rostris & unguibus, sed voce quoq; & cantu soleant certare. Ruit itaq; major & Minor argumenti superioris. Non enim statim temerè fit, quod noctû fit & interdiu simul, præcipuè

cipuè si fiat ordine & stratâ tempestate. *Pancirolli commentator Henr. Salmuth.* p. 291. *Gallum* ideò attrbutum *Mercuriô* legimus, quòd literati & negotiantes vigilare debent, Nec totam fas sit somnô consumere noctem, ut est apud *Lilium Gyraldum. Syntagm. 29. Hist. Deorum.* Wenn ein Hahn schreyet und Ungewitter andeutet/ so muß man ihn wegjagen/ daß er aufhöre zu krehen: Sic quoq; veteres averruncare clamores cornicum intendebant. Vide *Scalig l. 3. Poët. c. 1. Wolff. Heiderus, poëm. l. 4. p. 431.* Tempus nocturnum quomodò dignosci possit?

Non Vobis, *galli*, deinceps ego fidere possum:
Diversi canitis fatui, noctemq; per omnem;
Hic quis scire queat, quænam sit *prima*, *secunda*,
Tertia pars noctis, vel quæ pars *ultima*? tempus
Agricolæ possunt aptè discernere motu
Stellarumq; locis, hæc altior, illa propinqua
Telluris *noctis* quota pars elapsa sit, inde
Scire mihi promtum, cœlum tamen esse serenum
Est opus, in tenebris nihil observare licebit!

Joh. Henr Ursinus, in acerr. Philol. § 47. *l. 2. p. 104.* **GALLI GALLINACEI** *ubi exsulaverint?* Apud *Sybaritas:* ne somnos clamosô cantu interpellarent. *Athenæus l.* 12. Hos enim excitandis in operâ mortalibus rumpendoq; somnô nocturnos natura vigiles genuit, *Plin.* 10. 21. *Joh. Steuccius, Epigramm. 78. pag. 53. in obitum Galli Gallinacei:*

Et tamen occubui, quamvis gnavissimus inter
Cristatos lucis manè citator aves:
Heu, nec me cristæve minas juvisse, domive,
Mi gestum soli fortiter imperium.
Scilicet à nostrô vetui quoscumq; fimetô,
Inq; gracillantum corbe supremus eram.
Unde & victor ovans ego primus *manè* citavi
Solis strigantes advenientis equos.

In Gallicinium.

Hîc etiam cantus prodit tua Numina: *Gallus*
Quis momenta precor longæ certiſſima *noctis*,
Suggerit? hoc unus facis, omnia digeris unus. &c.

Heniſchius in Procli Sphæram p 232. GALLICINIUM, quando excubitores *Galli* primum canunt, Græcis ἀλεκτρυοφωνία. *M. Joh. Frid.* Leubnitz/ *Lipſ. 1656. in Manipl. quæſt. c. 5.* utrum *Gallicinium* ſit ſtatum, an temerarium? *Plinius* l. 10. 21. Hiſt. N. norunt, inquit Galli ſidera & ternas interdiu horas cantu diſtinguunt, cum *ſole* eunt cubitum, *quartaq;* caſtrenſi vigiliâ ad curas laboremq; hominem revocant; nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; venientem nuntiant cantu. Et *Cardanus* l. 10. de perfect. animal. *Gallus*, ait, cùm expergiſcitur à cibô, canit: plerumq; tamen ſole meridiante, mediaq; nocte, ac cum radii *Solis* primam auroram effingere incipiunt. Robur igitur *ſolis* ſequitur, & in *octo* partes totum dividit diem. Hoc *Scaliger.* Exerc. 239. deridet: Canit, inquiens, non ſtatis horis ut augantur, ſed temerè. Hactenùs illi Scaligeri argumentum tale eſt: quic. exclamat tàm *interdiu*, quàm *noctu*, idq; ſine ullô affectus diſcrimine, ille temerè, canit; at *Gallus* ita agit, E. Reſp. Non temerarium omne *gallicinium* conjicere licet ex ἀλεκτοροφωνίας cujus tanquàm ſtatæ tempeſtatis meminit *Chriſtus Marc.* 13, 35. Temerarius itaq; eſt, qui hoc temerè negat. Arbitramur autem illud oriri primum à proprô hujus ſpeciei geniô, ut diſtinguant ſtatas temporum vices, quod imprimis fieri ſolet noctu circa quartam noctis vigiliam, *triboriô* antequàm aurora procedat, ubi ὄρθριον illud ἆσμα auditur. Unde illa temporis viciſſitudo κατ' ἐξοχὴν conſvevit ἀλεκτοροφωνία vel ἀλεκτρυοφωνία nominari. Vide *Gellium:* Deinde oritur *Gallicinium* etiam à certô hujus gentis affectu, eoq; vel naturali, cujusmodi eſt notabilis, aëris & temperiei mutatio, unde vulgus: Die Hahne krähen/ es wird ander Wetter werden/ vel morali analogico, qualis eſt imprimus ira, id quod apparet in altercantibus Gallinaceis, quod non tantum roſtris & unguibus, ſed voce quoq; & cantu ſoleant certare. Ruit itaq; major & Minor argumenti ſuperioris. Non enim ſtatim temerè fit, quod noctû fit & interdiu ſimul, præcipuè

cipuè si fiat ordine & stratâ tempestate. *Pancirolli commentator Henr. Salmuth.* p. 291. *Gallum* ideò attrbutum *Mercuriô* legimus, quòd literati & negotiantes vigilare debent, Nec totam fas sit somnô consumere noctem, ut est apud *Lilium Gyraldum. Syntagm.* 29. *Hist. Deorum.* Wenn ein Hahn schreyet und Ungewitter andeutet/ so muß man ihn wegjagen/ daß er aufhöre zu krehen: Sic quoq; veteres averruncare clamores cornicum intendebant. Vide *Scalig. l.* 3. *Poët. c.* 1. *Wolff. Heiderus, poëm. l.* 4. *p.* 431. Tempus nocturnum quomodò dignosci possit?

Non Vobis, *galli* deinceps ego fidere possum:
Diversi canitis fatui, noctemq; per omnem;
Hic quis scire queat, quænam sit *prima, secunda,*
Tertia pars noctis, vel quæ pars *ultima*? tempus
Agricolæ possunt aptè discernere motu
Stellarumq; locis, hæc altior, illa propinqua
Telluris *noctis* quota pars elapsa sit, inde
Scire mihi promtum, cœlum tamen esse serenum
Est opus, in tenebris nihil observare licebit!

Joh. Henr Ursinus, in acerr. Philol. § 47. *l.* 2. *p.* 104. *GALLI GALLINACEI ubi exsulaverint?* Apud *Sybaritas:* ne somnos clamosô cantu interpellarent. *Athenæus l.* 12. Hos enim excitandis in operâ mortalibus rumpendoq; somnô nocturnos natura vigiles genuit, *Plin.* 10. 21. *Joh. Steuccius, Epigramm.* 78. *pag.* 53. *in obitum Galli Gallinacei:*

Et tamen occubui, quamvis gnavissimus inter
Cristatos lucis manè citator aves:
Heu, nec me cristæve minas juvisse, domive,
Mì gestum soli fortiter imperium.
Scilicet à nostrô vetui quoscumq; fimetô,
Inq; gracillantum corbe supremus eram.
Unde & victor ovans ego primus *manè* citavi
Solis strigantes advenientis equos.

Siqua fides *Turcis*, ingens ſtat in æthere *gallus*,
Fauceq; congeneres ſuſcitat acer aves,
Hic ſimul è fuſo jam *cicuricurriit* axe,
Protinus in terris *cucuricurieram*.

M. Joh. Barthol. Bechman. Jen. 1649. in diſp. Philol. *cap. ad Gen. 46. de ſcyphô Joſephi* Fuit *augurandi* modus apud Ethnicos non infrequens; & expreſsè alluſiſſe ad eum videtur *Euclio*, triparcus ille ſenex apud *Plautum*, cum de *aula* auro onuſtâ valdè ſollicitus *corvum* crocitantem mali quid ſibi præſagire hariolaretur. Non temerè eſt, inquit, quòd *corvus cantet* mihi nunc à lævâ, ſimul *radebat* pedibus terram, & voce crocitabat ſuá: continuò *cor* cæpit facere artem ludicram atq; in pectus emicare. *Vid. Aul. act* 4. *ſc. 3.* Huc quoq; collineat *Terentius*, quando in *Phormione act* 4. *ſc. 4* ſic ait: Quot res poſt illa monſtra evenerunt mihi? introiit in ædeis *ater* alienus *canis*, *Angvis* per impluvium decidit de *tegulis*, *GALLINA* cecinit, interdixit *hariolus*, *aruſpex* vetat ante *brumalem* aliquid novi negotii incipere. *Septuaginta* vocem οἰωνισμός, ut & οἰωνίζομαι habent, quod *Vulgata* per *augurari* exprimit. Augurium a. quale *divinandi* genus fuit, in propatulô eſt: Erat enim ut pleriq; autores explicant, nil aliud, quàm ex *avibus* divinatio, eaq; *triplex*. Avium enim aliæ *Volatu*, aliæ *cantu* futura prædicere putabantur: & illæ quidem *præpetes*, iſtæ *Oſcines* dicebantur. Erat & tertium genus, ex illarum *paſtu*, cum *pullis GALLINACEIS*, è caveâ depromtis, eſca porrigebatur. De quibus prolixiùs *Alexand. ab Alex. Buxtorff. Synag. c. 10. &c.* ubi de *galli gallinacei* ad expiationem peccatorum conſecratione, citra ullum DEI verbum prævium.

XIX. *Alectorium*, lapidem cryſtallinâ ſpecie, in *Gallorum* ventriculis natum aptum eſſe præliantibus, refert *Solinus c. 3.*

XX. *De Zeilismô Hanreitatis* Anonymus in diſſert. *De Hanreitatum* naturâ Anno 1623. De Etymol. ex Hahn/ gallus: ἀλεκτόριον, & voce Reih// quod choreas ſectantur, quaſi *gallichoreus*. SECTIO IV. Neglectis hiſce modis *Alectryomantiæ*, præcipuè jam tractabimus illam imprimis & communiſſimè ſic dictam, ita ex *M. Bernhard.* Waldſchmied/ *in Pythoniſſâ Endore*

dorea p. 100. concion. 5. Petrus Gregor. de Republ. p. 1046. l. 13. c. 33. §. 25. Refertur etiam â *Niceph. Calixto lib. 11. c. 45.* & â *Socrate lib. 7. Histor. tripart. 15.* Prædictio quædam de successore *Valentis*, imperatoris, quæ quamvis sortita fuerit effectum, tamen propter suam ambiguitatem, arte *Dæmonis* pluribus exitio fuit. Siquidem qui græcam superstitionem & Philosophiam sequebantur, natalibus præclari, necati sunt â *Valente*, Cæsare Orientis, propter Oraculum, quod ipsi exegerant incantationibus: quis *Valenti* successurus esset post mortem? quod fuit hujusmodi: ex *tripode* ex *lauro* facto, verbisq; peractis & evocationibus quibusdam, ut fieri in talibus mos erat, peractis, quod volebant efficere, ut scil. literarum machinis quibusdam *tripodis* & Oraculi eas ordinantibus, collectione, Imperatoris nomen appareret, (fuit a. literarum ordo, inquit Scholiastes Nicephori ΔΕΟΔ, theod.) inchoantes ad *Theodorum* quendam, *Valentis* aulicum, superstitione quidem *Græcum*, doctrinâ *Philosophum*. Quod resciens *Valens* unà cum *Thëodorô* capite mulctatô, Oraculi opifices unà cremari fecit, & pariter per omne Imperium in similes Philosophos est animadversum, nec in eos tantùm, verùm & in eos, qui eorum vestitu uterentur, neq; Valens alicui pepercit, qvi *Theodorici* cognomine vocaretur, aut alicui, cujus nomen *per Theo* initiaretur; Itaq; *Theodoti, Theognosti, Theodosii, Theoduli* necati sunt. Addit autem & *Nicephorus lib. 12. c. 1.* Successisse tandem *Valenti* mortuo *Theodosium* consortem Imperii â *Gratiano* lectum, postquàm victor in Thraciâ Barbarorum fuit. *Cornel. â Lapide p. m. 1382. 1. ad c. XI. Daniel. v. 5.* Antiochus, dictus *Theos*, i. e. *Deus* â Milesiis, eò quod Limarchum eorum tyrannum expulisset, inquit *Appianus*. Idem *p. 1318. 1. a. de Thëod.* sub *Valente* Imp. ex Socrate lib. 4. c. 15. Ita & Mauricio Imperatori (eò quod S. Gregorio restitisset, eiq; & Romæ ab Aistulpho obsessâ non succurrisset) *divinitùs revelatum* est, eum occidendum fore, & privandum Imperio ab eô, cujus nomen â P.H. inchoabatur. Quâ de causa Philippicus sororis Mauricii maritus in suspicionem affectati Imperii adductus est. Sed mox in somnis per visionem intellexit Mauricius, se cum uxore & filiis â *Phocâ* occidendum esse. Phocas ergò ex milite creatus Imperator, trucidavit Mauricium, sed patientem & gratias agentem DEO, quòd se in hac vitâ

potiùs quàm in alterâ castigaret. Unde, ad singulorum filiorum in conspectu suo trucidationem, exclamabat: Justus es, Domine, & rectum judicium tuum! Ita *Cedrenus*, *Nicephorus*, & ex iis *Baronius* *Anno Christo 602.* De Histor: Δεόδ, vide apud *Schottum p. m. 548.* *Taumaturg. Phys. part. 4. l. 6.* in *Dactylomantia* (non *Gallô* seu *alectoromantiâ*) quomodò annulô præstita sit, ex Cardan. &c. *Thëoteones* legitur etiam nomen apud *Euseb. l. 9. c. 2. 3. 4.* confer *Vossium de Philos. c. 22. §. 5. p. m. 176.* *De* Ἀλεκτρυομαντεία seu ΔΕΟΔ &c. qui tamen asserit, has quatuor litteras à *Gallô* non relictas esse, sed primas fuisse, quas devoravit, seu quorum imposita grana inglutierat: Thëogonius seu Thëologonius ad Sveton. Claud. c. 40. p. m. 42. in Epist. Casaubon. 29. Thëognis, Diogenes, *Theopompus*. *D. Joh. Himmelius in memor. Biblic. prophet: p. 116.* Longiùs progreditur *Suidas*, qui constituit 5. prophetiarũ genera; primũ quidẽ πνευματικὸν spirituale & divinum, de quo hîc agimus. Secundum διαβολικὸν, Diabolicum, quod fit variis modis. Nam *divinatores* è farinâ, hordeo, speculis, cera, aquâ & similibus rebus edunt oracula. *Pythonicus* Spiritus è quercu loquebatur: & equus *Xantus* hero suo *Achilli* apud Homerum mortem impendentem prædixit, quod etiam commemorat Cyrillus lib. 3. contra Julianum. Magos Judæorum adminiculô annulorum, radicum & herbarum â diabolô edoctos aliqua prædixisse, & singularem quandam radicem habuisse; quam baaras appellabant, *Josephus* testatur *lib. 7. de bellô Judaicô cap. 25.* cui quidem simile Diaboli commentum est, quod multi Christianorum *mandragoras* in precio habent. Valens Imperator, Arrianus, per Libanium Sophistam & Jamblichum divinatione *galli gallinacei* quæsivit, quis futurus esset regni successor? ac cûm cognavisset literas initiales nominis Th. e. o. d. quæ variè possunt legi, vel quod *Theodorum*, vel *Theodotum*, vel *Theodosium*, vel *Theodulum*: multos qui talia habebant nomina crudeliter sustulit: sed *Theodosium*, qui postea succesfit, Deus mirabiliter custodivit, ut commemorat Zonaras in Valente, & Socrates lib. 4. cap. 15. Huc pertinet mulier illa, quæ habebat Pythonis Spiritum in Endor, quæ Saulo pseudo Samuelem produxit, 1. Sam. 28. & puella in urbe Philippensium pythonica, quæ magnnm quæstum suis dominis præbuit, Act. 16. Deq; *Paulo & Silâ*, proclamavit, eos esse Ser-


vos

vos DEI excelsi, qui annuntient hominibus viam salutis. Sed *Paulus* dæmonem ejecit. *Ephesi* quoq; multi erant, qui curiosarum artium libros habebant magni pretii, quos auditâ Pauli doctrinâ undique conquisitos combusserunt, Act. 20. Ad eandem classem refertur Simon Magus, Act. 8. & Elymas Act. 13. nec non Jannes, Jambres, Magiq; cæteri Ægyptiaci, de quibus Exod. 8, 2 Tim. 3. & apud *Plinium lib. 3. cap. 1.* Huc deniq; pertinent omnia gentilium oracula, quæ natô Christô simul omnia obmutuerunt, perq; totum orbem terrarum illustre testimonium insperato hoc defectu & perpetuo silentio præbuerunt, Christum venisse in carnem, qui destrueret opera Diaboli, Ebr. 2. qua de re pluribus agit Eusebius libris Præparat. & demonst. Evang. *Martin Del-rio, Jesuit. (Colon. Agripp. 1657.) in disquisit. Magicis l. 4. c. 2. quæst. 7. sect. 3. §. 8. p. 624. b* &c. Ἀλεκτρυομαντεία quando definitus locus in partes æquales describitur, & unicuiq; singulæ alphabeti literæ inscribuntur: Deinde singulis literis granum frumenti imponitur: posteà ad hoc enutritus oscen *gallinaceus* introducitur; qui grana comedat. Deniq; notantur literæ, quarum primùm grana depascitur, v. g. literarum, P. E. T. tunc creditur notari *Petrus, Petronius, Petrucius* & quorum simili modô nomen inchoatur. Sic deceptus Valens Imp. De successore quærentibus Philosophis & quia *Gallinaceus* absumserat, grana notata, ΘΕΩΔ. omnes occidi jussit *Thëodoros. Thëodosios, Thëodotos, Thëodulos*: & tamen illi Magnus *Thëodos.* in imperiô successit. *Zonar. to. 3. in Valent. Socrat. l. 4, c. 15. Sozom. l. 6. c. 5. Neceph. l. 11. c. 45. Cassiod. l. 7. Tripart. c. 35. Ammian. l. 26.* Hoc cum *Zonarâ* quidam volunt factum per ἀλεκτρυομαντείας: sed apertè *Socrates* dicit factum per νεκρομαντείαν: Sozomenus per oraculum ex *tripodis* machinâ laurea, quem *Nicephorus* sequitur. *Cassiodorus* a. cum *Socrate* sentit, sed, per errorem, vult ipsummet *Valentem* opera dæmonis usum inquisivisse de successore. *Zonaras* verò vult hoc factum ab *Jamblicho & Libanio*: sed hos omnes falli ex eorum tempore scriptore *Ammianô* patet, qui reos quidem quæsiti vaticinii nominat *Fidustium, Irenæum, Bergamium, Hilarium*, & hos quidem convenisse alios vaticinandi peritos, (quos non nominat: & fortè *Libanius*, & *Jamblichius*) & recitat mox verba *Hilarii* jam latera fodicati; construximus (magnifici judices) ad cortinæ similitudinem Delphicæ diris auspi-

spiciis, de *laureis* virgulis, infaustam hanc mensulam, quam videtis, & imprecationibus *carminum* secretorum, *choragisq;* multis ac diuturnis ritualiter consecratam movimus tandem. Movendi a. quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis, collocabatur in medio domûs, emaculalæ odoribus *Arabicis*, undiq; lance rotundâ purè superposita ex diversis *metallicis* materiis fabrefacta: cujus in ambitu rotunditatis extremô elementorum *viginti quatuor* scriptiles formæ peritè incisæ dijungebantur spatiis examinatæ dimensis. Has linteis quidam indumentis amictus, calceatusq; itidem linteis soccis, torulô capiti circumflexo, verbenas felicis, arboris gestans litato conceptis carminibus numine præscitionum auctore ceremoniali scientiâ superfistit, cortinulas, pensulum annulum librans in carpathio filo, perquàm tenui, mysticis disciplinis initiatum: qui per intervalla distincta retinentibus singulis literis incidens saltuatim, heros efficit versus interrogationibus consonos, ad numeros & modos penè conclusos: quales leguntur *pythici*, vel ex oraculis editi Branchiadarum, ibi tunc quærentibus nobis, quis præsenti succedet imperio, quoniam omni parte expolitus fere memorabatur; assiliens annulus duas perstrixerat syllabas, & cum adjectione literæ postrema, exclamavit quidam præsentium THEODORUM. &c. Subdit etiam interrogatos num quæsissent, quid ipsismet impenderet, dixisse *versus:* qui responsi; quibus & ipsis capitalis sententia, & principi exustio denuntiabatur, quæ cuncta sic evenêre. Nam & *Thëodosius* successit, & hi capite mulctati, & Valens vivus à *Gotthis* igne consumtus fuit. Adeò ut suspicer, hæc omnia per diabolum, DEO revelante, ad tot scelerum vindictam fuisse revelata.. Ex quibus verbis *Ammiani* patet, *Socratem*, & *Cassiodorum* & *Zonaram* incomperta sibi, & parum verba narrâsse. R. Fortè autem *Magi* plura experimenta fecére, & *Alectryomantiam* non omisere: Tum quia multi homonymicè (*Thëodori, Thëoduli* &c.) interemti sunt. Cæterùm hîc quidem patent literæ ΘΕΟΔ: verùm dixerim illas significare generalissime עדות, *Ornamentum Regium.* 2. Reg. 11, 12. Siquidem Hebraismus talis est claviger oraculorum. Quod autem simul & unâ operâ referat initium *Thëodosii*, eò admirabilius & magis θεῖον concurrens sapit, secundum Del-rio: ut ubi DEUS. Diabolo quidem

ejus

ejus reliquit instrumentum, nunquàm imitabile; (ut quod simia DEI ad imitationem Urim & Thummim suis admiratoribus persvasit.) Sed tamen insuper nonnihil suæ omniscientiæ & volutatis communicavit: licèt non citra curiosorum maleferiatorum exitium, promeritum ob talem nefariam sollicitationem Numinis, cui soli relinquenda sunt Futura. Spectat huc quasi, quód nonnulli conficiant 24. schedulas in nocte S. Andreæ, quibus *Alphabetum* inscribunt singulis singulas literas, illasq; probè miscent, *calceo* indunt & tunc pulvinari in *lectô* supponunt insuperq; dormiunt. Manè autem brachium extendunt, & ponè educunt aliquot schedulas. Harum literæ, ut putant, referunt initiales *literas Nominis* amicæ futuræ. Sed relabor ad nostram historiam, ex aliô autore:



Joh. Lud. Gottfried *in hist. Chron. p. 402. part. V. De Alectriomantia Jamblichi.* Es waren etliche Heydnische Philosophi, Jamblichus, Li-

bavi-

bavius. Maximus, und andere/ die auch Zauberer waren / und den Käyser Julianum verführet hatten / diese Jünglinge hatten wieder gern gewust/ wer dem Käyser Valenti in Beherrschung dieses Käyserthums gegen Orient succediren solte? Machetens derowegen also: Sie schrieben alle Buchstaben A B.C. in einen runden Circkul auff dem Boden/ und legten auf jeglichen Buchstaben ein Gersten-Korn / liessen darnach einen Hahnen / den sie zuvor durch einen gewissen Segen beschworen hatten / in dem Kreyß lauffen; Der Hahn lase die Gersten-Körner alle auf / ließ sie allein auff die vier Grichische Buchstaben liegen ΘΕΟΔ. Da wusten sie eben so viel / wie zuvor: weil derer Namen viel/ die auff Theod. anfangen. Da der Käyser Valens diß erfuhr / erzürnet er sich dermassen / daß er diese Schwartz-Künstler gefänglich einziehen/ und alle die etwas Gemeinschafft mit ihnen gehabt/ umbringen ließ. Der Rädels-führer Jamblichus und etliche andere soffen Gifft / und sturben also: Dabey blieb es noch nicht / sondern Valens, der argwönisch und grimmig war / ließ alle die den Nahmen auff Thêod. anfingen / als Theodosios, Theodoros, Theodulos, Theodotos gefänglich einziehen / und derselbe ein grossen Theil unschuldiger weise hinrichten. Doch hat dieser Blut-Hund den rechten nicht getroffen / so wenig als Herodes unter denen unschuldigen Kindlein/ JEsum; dieweil doch Theodosius nach ihm in Orient regieret hat. SECTIO V. Audimus hîc *Gallum commoveri* ad actionem suam magicam & præter naturalem, *CONSECRATIONE* certâ plutonicâ: lustranda autem hîc sunt genera *MOTUUM* varia. *Themistius in suâ in 1 poster.* παρ. φε: quærenti quid sit *MOTUS*, vel tempus? prænoscendum est, quòd sit *Motus* vel tempus? ac rursus quærenti, an sit Motus vel tempus? prænoscendum est ante omnia, quid hisce vocabulis significetur? Prælibandum itaq; ante omnia fuit: Multos esse modos *Motûs* &c. De variis *Tractus* modis, *Digby de immortal. Anim. Tract. 1. c. 18. &c.* De variis *Motibus* Terræ, vide nostram Geôgraphiam. Cæterùm *MOTUS* est vel

1. *Artificialis.*
2 *Belialis.*
3. *Cyprticus.*
4. *Dialis.*
5. *Ethicus.*
6. *Formalis.*
7. *Grammaticus.*
8. *Harmonicus.*

9. *Imaginarius.* 14. *Poëticus.*
10 *Libidinosus.* 15. *Quantitativus.*
11. *Magneticus.* 16. *Radialis.*
12. *Naturalis.* 17. *Sympatheticus.*
13. *Oratorius.* 18. *Thëologicus.*
1. DE MOTU ARTIFICIALI. 19. *Violentus.*

(1) *M. Mich. Waltherus, Witeb. 1660. De mutuis syderum Radiat. th. 7.* Ab hâc necessitate, quod ne hominis quidem excluserint voluntatem, apparet ex discursu *Phavorini, Agell. l. 14. N. A. c. 1.* qui de his chaldæorum *ministris* (ut vocat *M. Tullius l. 2. Div. p. 246*) Ita philosophatur, putabant illi, tanquàm quód forte in balnea ire volueris, ac deinde nolueris, atq; rursum volueris, non ex aliquâ dispari, variaq; animi *agitatione*, sed ex necessariâ quâdam errantium syderum *reciprocatione* contigerit: ut planè homines non, quod dicitur λογικὰ ζῶα, sed ludicra & ridenda quædam *Nevrospacta* (imagunculæ *hominum* ex lignô formatæ, quæ nervorum tractu moventur. Vide *Cælium Rhodigin l. 8. Ant. Lect. c. 16.*) esse videantur, si nihil suâ sponte faceret, sed ducentibus stellis & aurigantibus. (2) Confer *Cartesii* phantasiam circa *animas* brutorum, in *dissert. D. Ammoni de Autopsiâ medicâ.* (3) *Dn. Dyke in Nosce teipsum c. 13. pag. 237.*

GOTT ist gleichsam das grosse Rad / in dieser grossen und künstlichen Welt-Glocken / von deme alle andere und kleinere Räder / ihren Trieb und Bewegung haben: Wie es aber in einer Glocken ist / wenn irgend an einem kleinen Rade etwas ermangelt / oder bricht / des kan daß grosse Rad im geringsten nicht beschuldiget werden: Also gehets auch hier: die Sünde ist / eigentlich davon zu reden / keine Bewegung / sondern ein mangel / Gebrechen und Irrthum des Hertzens in der Bewegung. Alle Bewegung ist von GOtte / und gut; sie wird aber wie alles gutes / von dem bösen Hertzen oder der Boßheit im Hertzen / zu bösen mißbrauchet: Der mangel und Irrthum lieget an deinem von GOtte gezweyeten und abgesonderten Willen: Da lässet dich GOTT in deinem verkehrten tollen Sinn offte dahin fahren / weil dein Hertz allezeit den Irrweg wil. Darum wende dich bey zeite wieder in den einigen Willen Gottes / ehe Er schweret in seinem Zorne / das du zu deiner Ruhe in Ewigkeit nicht

kommen werdest. (4.) Audeo hîc excurrere ad *coscinocinesin* malesvadam: & svadeo meliùs: si optas surreptum bonum tibi iterum restitui, quærere uti mulier in Evangeliô *grossum*, & pastor *ovem* perditam. Et præstabis *Motum* bonum: modò bona adsciscas media *inquirendi*, seu sanam reflexionem in *disquirendo* quoad abalienationem ab arbitrô Numine permissam habeas. Nim. vigil Israëlis aliàs avertisset quidem appetens malum tabernaculi, si modò peccatum, præstolans ante fores, non intromisisses, seu si possessor observantissimus mundanorum fuisset cliens *Jehovæ*, seu se morigerum præstitisset Excubitori summo. Verùm hôc utroq; insuper habitô prolabitur vesanus judex in propriâ causâ, ceu (1.) *innocens* respectu posterioris considerationis, & (2.) *independens opitulator*, ad recuperationem illimitatam, & illegitimè arripiens suæ rationi incongrua instrumenta potiundi, & ubi flectere non sustinet Superum, *Acheronta movere* non aversatur, vix indirectè: Nam cui non dictus Hylas damnabilis, insidiator haud incognitus? seu quis *agyrta* non convictus est in conscientiâ suá de opere tenebrarum suô? Siquidem fugiet in publicô se sistere lumbricus, vel phychagogo indicare; unde privatim & clanculum sibi destinat autodicem, & impetrat instigatorem furti ipsum, quandoq; revelatorem ejusdem; sed non sine Numinis inspicientis *providentiâ*, quô vel *fur* convertatur, & diabolicis persvasionibus considerantior minùs credat, quàm explorator anteà intendit, ceu pejor atheus: præsertim si nec sic talem eventum agnoscere cupit, vel solidiùs expiscari pergit, quemadmodum Salvator quodammodò ansam dedit in parabolâ: putà quòd *Satan* sibi non ita sit adversarius, cùm aliàs regnum ipsius non esset sibi constituturum vel duraturum, Nim. persvadere sibi posset, deberetq; obstupefactus indagator furis; contraria vix ab unô principiô esse exspectanda; adeò ut jam dæmonem multò habere suspectiorem valeret, si modò vellet. Norat quippe, ablationem quidem à cacodæmone autore esse factam; adeò ut sinceram pænitentiam facti hinc non æquè præsumendam haberet ab eodem, nisi planè suô sensu suspicionis vellet abuti: quód autem demum non cum fure simul DEUM supremum moderatorem laudat abstinendo à magiâ, ut inordinatô organo prosperitatis, priore illô satanicô, profectò eò

gra-

gravius peccat & humanitatem exſuit obbruteſcens vindex, qui ſibi ipſi de talibus qualibus remediis proſpicere ſatagit. Admitto autem hîc quidem, *cribrum* impelli à Satanâ, tanquàm vas ejus nequitiæ, ſed Deô ἀπὸ μηχανῆς moderatore; dum ad metanœam vel ſic furem reducere vult ex bonitate ſuperabundante & mirificâ, dirigendo peccata ad bonum finem & corrigendo, quod homo corrupit. Sed num ſic DEUS ſemper curat manifeſtari nocentem? neutiquàm! quia non tenetur, ut promiſſor, niſi extraordinariè pro lubitu paternô ſingulari. Diſce autem hîc poſtliminiò tale lubitum ritè intelligere contra ſtratagemata myriotectontis; nec permiſceas hujus impoſturas cum DEI receſſu. Statuesne porrò ſatis ſolidè cum *Dyke*; peccatum eſſe merum privativum? ægrè hoc eſt concedendum apud αὐτοκατάκριτον omnium etiam gentilium, quibus prætenſa ignorantia juris dabitur prodita in affectationem ſubdolam ex conſcio fine creaturarum, ad abuſum raptarum, præſertim apud revelatam creatoris voluntatem. Nos omnes oportet coram tribunali JESU CHRISTI produci & ſiſti, ut quisq; accipiat, prout operatus fuit bonum ſeu malum! (5.) M. Gottlieb Friedrich Seeligmann/ Lipſ. 1677. de campanâ *urinatoriâ*, Coroll. 2. Hæc conſequentia: ſi *lux* eſt corpus, quæcumq; ab illâ ſplendeſcunt, tàm incaleſcere debent, quàm illuminari, pro iis, queis *prius* diſplicet, haud facere videtur. Quod ſi concedatur *poſterius* & in corporibus percipiendo calori, ab eâ (luce) excitato, aptis abundè oſtendatur! oſtendere autem organon *Corn. Drebbelii* poteſt, quod condenſatione & rarefactione ſubtilis alicujus corporis in inſtrumenti cavitatibus incluſi effectum totum eſt; Splendeſcente enim *ſole*, ſtatim edebat concentum, qui, *horizontem* illô noſtrum deſerente, ceſſabat iterum, aut intercluſis ejusdem à nube radiis audiebatur tardior. Vide *Kenelm. Digbæum. Tr. 1. de Nat. Corp c. 7. p. 56.* (6.) Antiquum jam problema eſt, *perpetuum Motum* dari, in quô hodienum nonnulli deſudant Mechanici, ſperabat non nemo fore, ut MotVs InDefeCtIbILIs, Anno 1659. innoteſceret mundo, ſed illum ſpes ſua oppidò fruſtrata eſt. Natura quidem ſi ipſa æterna foret, haberet æternos & perpetuos *motus*. Sed *arte* tale quid hactenùs præſtitum non eſt: praxi enim materiæ *mobilis* alterabilitas & corruptibilitas non parum

rum obstat. *M. Mart. Nicolai, Jen.* 1667. *de causâ obœdientiali instrument. coroll.* 5. (7.) *Abrah.* Saur/ im Stådte-Buche *pag.* 74. von Arnstat: im Schloßgarten seind solche herzliche Wasser-Künste/ dadurch man das Wasser biß in mediam *aëris* regionem solle treiben können/ das es schneyet und regnet. (8.) *D. Christian. Chemnitius, Anno* 1677. *de tentation. spiritual. th.* 19. Christus significat, hominis viam non esse *volare* in *aëre*. Ea enim *volatilium* via est: sed gradus; qui erant de tectô templi, ad id facti, ut facilis & sine periculô *descensus* esset, ut in *Gen. c.* 2, 24. rectè scripsit *B. Lutherus. Scaliger Exercit.* 140. 1. *Mancum* est, quod caret eô, cujus eget aut omninò, aut eum habere debet. At nulla species agens est earum partium, quæ sunt alterius speciei. Omne enim quod est, sibi est & bonum, & totum & perfectum. Non enim manuum *Canis* indiget: quoniam earum ignorat usum. Et *exerc.* 278. Siccine, *Cardane*, DEUM, (nam quid aliud *Natura* est?) inopem facis, ut è suis infinitis thesauris homini, quas depromeret, ALAS non habuerit, si ei opus judicâsset? Confer *Pomar. in colleg. Synopt. Phys. Disp.* 7. *posit.* 3. §. 1. Cur ergò ante illud tempus, quando *David* lustraturus est cœlum, opus *manuum* DEI, & lunam stellasq;, *Mæstlinus* sibi imagniatus fuit vehicula datum iri, quibus per auras ad *astroscopiam* subvehi possimus? *L. Phil. Müller. Mathem. Lips. Prof. Anno* 1624. *in orat. de Conjunction. Mag.* Quid tum posteà, si, quod iidem joco solent adspergere, non timendum sit, ne non prodeat *ars nova volandi*, quâ *Lunæ* montibus succedant illi, quibus hic terrarum orbis præ infinitâ dominandi habendiq; libidine, jam diu nimis angustus est? Vide *Frider. Herman. Flayderi, Prof. Poësi Tubingæ* 1628. *orat. de arte Volandi* (*in* 12.) *Hippius l.* 3. *de Natur. p.* 291. 292. Nihilne ad *volatum* faciunt pedes? in *avibus* ad *volandum*, in *homine* brachia & manus ad progrediendum, quin imò *uropygium* avibus, & piscibus est potissimum instrumentum, quô *Motus* dirigitur. Confer *Zeilerum part.* 2. Hand-Buchs. *p.* 260. 261. De Cursoribus velocissimis, *Ravisius part.* 1. *Officin. p.* 774. &c.

2. *DE MOTU BELIALIS.* Pertinet huc *immobilitas* præ molestante Incubô; Vide Anthropodæmona, item Disput. sub præsid. M. Christian. Frider. Franckensteins/ P. P. Histor. Lips. 1643 de *Ephialte*, ita

dictô

dictô ab insiliendo. Buchn. Fabri Thesaur. Lat. f. 345. quemadmodum his videtur, qui hôc malô laborant, quasi obruerentur onere: unde Incubus, *Incubo, Incubator* dicitur *Cæl. Aur. l.1.c.3.* qui ita sensus hebetat, ut homines clamari nesciant. *Mart. in Lex. Phil.* Nominatur aliàs Themisoni πνιγαλίων, suffocatio: quia putatur inde nos oporere suffocari. Item ἐπιχεκυφώς Gerh. Voss. Etymol. lin. 1 pag. 264. b. Die Araber heissen es Albedilon und Alcratum von Würgen. Plin. lib. 25 Nat. Hist. c. 4. Suppressiones, noctis ludibria, Faunorum in quiete ludibrium. Der Alp / Mähr / das Schrötle: Daher man spricht / der Alp hat mich gedruckt. Es wurden zwar auch incubi und incubatores, die Oropiorum vates, weil sie in des Amphiaræi Tempel / auff geschlachten Bocks Fellen sich nieder legten / und Träume erwarteten. Pausan. in Att. Voss. de Orig. & progr. idolol. lib. 3. c. 35. pag. 901. Wie auch in des Fauni Kirche geschahe / Virgil. lib. 7. Æn. vers. 87. Serv. ad h.l. Sonsten haben andere gemeinet / wie der Alp / der Liebes-Götze Cupido wäre / der die Menschen so hudle / Sorinus lib. ἀνέλεγ. Andere die Stryges, nächtliche Vögel / so den Kindern Schaden thun Ovid. 6. Fast. vers. 128. &c. Andere haben gemeinet / daß die Wald-Götter die Leute beschliessen / und im Schlaffe verirten: Wie man lieset / daß solches denen Gothischen Weibern / die man Alrunas nennet / Cöler. in Not. ad Tac. 45. oder Altrunas. Jornand. de reb. Getic. p. 723. oder Aliorunas, widerfahren sey / wie sie vorweilen aus des Gothischen Königes Filurini oder Idanthresii Lager ausgegangen waren / und durch die Scythische Wüstenen rümgestreifft seyn / daß sie von den Hunnis genothzüchtiget worden / und daher die Hunnen gebohren haben. So liest man auch von ihnen, beym Wiero de Præstig dæm lib. 1. c. 6. pag. 34. Das sie zwar am Sabbath-Tage / sich für dessen Heiligkeit scheuen / und von ihren verirungen auffhören / und biß zu Ende dessen / an verborgnen Oertern liegen / hernach sich aber wider einstellen sollen: Welche Meinung aber von den Juden kan herkommen / als darnach Rabbi Abraham Autor *lib. Zeror. Hammor ad Gen. cap. 1.* närrischer weise saget / daß die Fauni, Satyri, Incubi und ander Geschmeiß / zwar Geschöpffe / doch unvollkommen daher wären / weil es drüber Feyer-Abend geworden / der liebe GOtt hätte müssen auffhören und also hinspringen lassen. Qualiacunque voles Judæi somnia

nia vendunt, *Juven. lib.* 1. *ſat.* 6. *verſ.* 548. Andere gebens auf dem Teuffel/ daß der Manſen und Weibſen des Nachts ſo verdrüßlich ſcheine/ und zur Geilheit treibe. Daher es der *Plinius lib.* 25. c. 4. malum dæmoniacum heiſſet. Denn es halten davor *Sixtus Senenſ. lib.* 5. *ſanct. Biblioth. Anno* 73. *Strozzius Cicogna, Theatr. univerſ. nat lib* 3. *c.* 3. *Martin. Delrio Lib.* 5. *Diſqv. magic. ſect.* 16. *pag.* 760. Das der böſe Feind mit den leuten recht zuthun habe. *Bodin. lib.* 2. *c.* 7. *p.* 200. *Joh. Mayerus Hiſt. Flandr. lib.* 16. Daher dergleichen Frucht/ Wechſelbälge genand wird. Wie alſo der Merlinus, ein vornehmer Prophet/ von einer Engliſchen von Adel gebohren worden. *Boëth. lib.* 8. *rer. Scoth. Laurent. Anan. lib. de nat. Deor.* Wiewohl es für eine Fabel hält *Vincentius lib.* 23. *Hiſt. c* 30. *Plutarchus* erzehlet anch außn Ariſtotele, daß Homerus von ſolchem Henger gebohren ſey. Dergleichens ſaget man auch von den Noffefogliis Muhamedanorum, *Kornman. de Virgin. tract.* 9. *cap.* 38. *pag.* 124. Heute zu Tage ſchreibet man das Alp-Weſen denen Buhlern zu/ als wenn die ihre Liebe alſo zuſtillen ſuchten. Die älteſte und meiſte Meinung iſt/ daß es Hexen ſeyn ſollen/ welche allerhand Geſtalten an ſich nehmen/ und ihre Feinde/ auch andere/ ſo trillen ſollen. Et citiùs credo clavam Herculi extorſeris, quàm opinionem vulgo exemeris. Jurant enim ſæpè Samothracum aras, ſe *Incubum* jam vetulæ, jam viri cujusdam atri, jam leonis forma irruentem vidiſſe, audiviſſe, & manibus adeò contrectaſſe. Cui opinioni ſubſcribere videtur Heurnius lib. de morb. c. 30. qui naturalem Incubum & præternaturalem ſtatuere videtur, de quo poſteriori hanc refert hiſtoriam: Memini, inquit, dum puer eſſem, me cubare apud Matronam quandam optimam, cùm *dormiret*, ei ſuper ſtragulâ vir *niger* mi hiincumbere viſus. Manè querebatur, Incubone ſe infeſtatam fuiſſe. Ego, quamvis puer nihil de nigro illô audebam dicere, quod minitari, ſi quid protuliſſem, viſus mihi fuiſſet. Narrantur etiam paſſim fabulæ, quod haud rarenter mulierculæ vel ancillæ, ſi DEI nomen inter comprimendum fortè eruperit ἔρκος ὀδόντων, in lectum deciderint ibiq; poſtea deprehenſæ fuerint. Et ſuffulcire conatur hanc opinionem Diabolus, avidiſſimus ſuperſtitionum ſititor, dum varia ſuggerit remedia, quibus Ephialtes arceri poſſit. Ut taceam, quod Veteres Carnam ſive Cranen, Deam cardinum,

dinum, hæc mala propellere poſſe putaverint. Quemadmodùm *Ovidius lib. 6. Faſtor, diſt. 78. & 84.* de illâ recenſet, quòd ſpinâ albâ, quam præmium concubitus à *Jano* obtinuerat; *Striges* illas à domo Procæ arcere potuiſſet.

Protinùs, *inquit*, arbuteâ poſtes ter in ordine tangit
Fronde; ter arbuteâ limina fronde notat:
Poſt illud neq; aves cunas violaſſe feruntur,
Et rediit puero, qui fuit ante, color.

Sanè & ſimili ſuperſtitione faſcinantur Mulierculæ. Dicunt enim, quod, ſiquis cubitum iturus, *dextrô pedis pollice* ſignum crucis ter exprimeret; aut certum lapidem in lecto ſuſpenderet; Incubi præſtigiæ eludantur. Norunt etiam media, quibus cogere valent incubos, ut craſtinâ luce ê domo aliquid petant. Sic *ſaga* quædam ſacrifico illi, cujus *Jaſon Pratenſis de cereb. morb. c. 26.* meminit, præcepit; ut ſub crepuſculum diei ſtatim ab excreto lotio matulam obthuraret dextrâ caligulâ, & fore ut eô ipsô die malefica eum inviſat. Et dixit quoq; ſacrificus, quod in domum aliqua veniens, veſicæ cruciatum conqueſta fuerit. Nec potuerit ab illâ aut precibus ſupplex aut contentione minax impetrare, ne ſub noctem terrifica reverteretur. Slilicet ita deluſit hominem Diabolus, ut fidem dictis conciliaret; quod & innotuit, poſtea ſacrifico, dum ſecundo alterove congreſſu, ut inquit laudatus Auctor, malum agnoſcere cœpit. Aſt enim verò jamdudum eſt, quod has ineptias eliminarunt Medicorum χαρίεντες *Aetius, Oribaſius, Wierus, Bauhinus*, aliiq; viri longè celeberrimi. Quorum purpuræ laciniam noſtram & defluentes pannos adſuere nefas exiſtimavimus. Neq; enim id inſtituti noſtri eſt, qui laboramus tantũ in naturalẽ inquirere. Stultũ n. eſſet ad ſupernaturales cauſas confugere, cùm in naturâ fundatas habeamus. Et quamvis planè negandum non videatur, *Diabolum*, dum mala cuncta mortalibus machinatur, & hoc affectu uti pro torſionis inſtrumentô: tantum abeſt tamen, ut pro ſolô *Diaboli* effectu habeamus *incubum*, ut potiùs magis naturalem & præludium quoddam morbi gravioris cum *Poſidoniô* ſtatuamus. Sic docet *David Mederus, Eccleſ-*

clesʃ. Nebræ. in Heren-Predig. *conc.* 2. *p.* 23 6 Druten appellamus veneficas in Franconiâ & aliis, fortè à Drücken/ quia creditur, homines ab illis noctu premi, & maculis cordis affici: ubi tamen talis *preſſura* etiam naturale eſt ſymptoma: Seu à *Druidis*, qui Gallorum & Britann. ſacerdotes fuerunt, & ſacrificia, in quibus etiam homines mactarunt, in ſylvis celebrarunt ſub *quercubus*. Cenſentur autem & hi nominati à Græc. Δρῦς, quercus, arbor, robur, &c. Vid. *Gvil. Camdenus in deſcript. Britann. p.* 13. &c. Quoniam verò & ſagæ veſcuntur carne humanâ & conventus inſtituunt in nemoribus ſub quercetis & aliis arboribus, hinc fortè & à *Druidis* appellatæ ſunt. &c. Autor horribil. hiſtor. l. 1. p. 26. 27. narrat ad An. 1867. De virô non adeò probo *Tratenaviæ* in *Bohemiâ*, *Stephanô* Hübner/ qui ab initiô admodum felix fuit in exſtructione elegantium ædificiorum & aliis rebus ad plurimorum admirationem. Tandem mortuus magnificè ſepultus eſt. Paulò pôſt corpus ejus, ſeu potius *Satan*, ad diſpenſationem DEI, in corpore hujus multos homines preſſit, quorum non pauci mortui ſunt, aliqui etiam convaluerunt à conſternatione, qui unanimiter confeſſi ſunt; ſe ab illô opulentô, fuiſſe anguſtatos, in conſvetâ formâ & ſtaturâ. Ut autem ſpectrum hoc ceſſaret apparere, magiſtratus ſepulchrum curavit aperiri, in quô quidem per 20. ſeptimanas jacuerat, corpore autem vegetô quaſi & pringui fuit depræhenſus: unde *carnifex* illum decollare debuit, & cor extrahere; quod etiam fuit quaſi recens & ſanguinem deſtillavit; porrò quoq; integrum cadaver cremare, juſſus eſt. Obiter, hîc, ob ſimilitudinem materiæ, ſubnecto *epiſtolium* quoddam (ab An. 1678. Sept. datum ad meam tenuitatem à Bonamicô veteranô, *M. Adr. Sellio, Francof. Marchicô Paſtore & Elector. Inſpectore in Ducatu Croſnenſi*) ita ex parte ſonans: Ne, quæſo, mireris hanc tanto temporis intervallo incognitam manum, ſed amicam adhuc, & amoris plenam, quoties recordor olim fuiſſe in hoſpitio Hallenſi apud Dn. Schilteri viduam & privignos, quos habuit, erudiendos ſuc eſſorem, recordabitur etiam Vir Cl. ita eſſe, & me in notita fuiſſe, & adhuc eſſe, quoties memoriam revocaverit Scholaſt cam. Et ut aliam Vir Cl. innovem memoriam, in conſpectum prodeo, anſam accipiens ex libro ipſius Tit. *Anthropodemus Plutoni-*

cus,

cus, quem fortè fortunâ apud amicum repperi, & avide eum, Dn. Autoris cogniti ergo perlegendum subcesivis horis in Musæum recepi, & annotavi de Pentalpha. p. 7. illud malè audire ab ipso, ut, planè ethnicum: cùm tn. in Clypeo Davidis illud fuerit insigne, cum nomine Jehova dispersis literis & ly *Agla* insignitum, ut mihi inde ante lectionem Authropodem; multum sanctitatis & antiquitatis inesse persvaderem: fieri potuit, ut ex κακοζηλία Ethnicâ hoc ad *Druidas* relapsum & in abusum tractum fuerit, quarè & inde nomen habet Trotten fuß quasi Druiden Fuß/ videoq; V. Cl. ad Schikardum p. 8. digitum intendere in Happeruschim. Reperi etiam in *Dorschæi* Singl. Angelico multa de Empusâ & aliis his μορμολυκείοις aptè, & prout Vir fuit eum eruditè differentem. it. p. 114. Reliquas duas raritates, quas exhibuit *ancilla subterranea* Nobilissimæ de Ranzau, nec Vr. Cl. innotuerunt, addo, fuerunt *nummus argenteus* & *halec*, habuit enim illa de Ranzau tres familiæ instauratores duos filios & unam filiam; filiis *nummus* & *halec*, filiæ *fusum* illud in patrimonium hæreditarium cessit: hoc mihi contubernalis meus de *Izehova* retulit, qui inter ministros Dn. de Ranzaw mensæ astitit, & vidit *nummum* hunc producere à Comite, ut hospites eum viderent omnes. Hucusq; tantum in lectione processi, nec reticere hæc volui, ut in futuram libri hujus adornationem inservire possint: quod &, si Vra Cl. antiquum adhuc obtinet, benevolè accipiet, & bene consulet! De *gossypiô* Marchicô nuper à MASSONII filiô D. Becmanno Theologo, & Profesl. ex herbis lanigeris. e.g. Senecione, Carduis & aliis confecto, dudum Vr. Cl. constare æstimo ob locorum vicinitatem; sin minus, mittam ipsi particulam de ipso *gossypio*. Hæc sunt, quæ scribere inveni, & ut antiquam illam mihi benevolentiam domesticam facerem allaboravi. Vale & fave. *Resp.* Vir plur-Reverende, Fautor dilectissime, ut inopinum nuntium de incorruptô vinculô pristini mutui amoris nostri in literis exosculatus sum: Ita per temporis rationem, in nundinis parcè habendam, vacavit, hæc pauca reddere: Nim. *pentalpha* illud meritò superstitiosum videri, seu nomen respicio à Græcis obtentum: seu usum prætensum quamvis *Salomoneum*: Sapit hic enim mihi utiq; nescio quid idololatrici, ut plura per traditionem accepta, *velut clavis*, *annulus*. &c. & alia magica instrumenta, seu Rabbini

 Schem-

Schemhamphoraschiei, seu signaturæ supervacuæ, si non planè Chaldaici symboli: quò sanè supersedere Christianum posse debere apud divinum nomen claris literis expressum judico, & si quid veri meus augurat, opto. Cæterùm pleniorem *relationem* de Ranzov. cum gratiarum actione suscipio. Et *revelationem* inauditam de gossypiô patriô admiror valdè, ut *botanophilus*, qui sæpe incidi in tales cogitationes; anne ex gramine tomentosó, lanigero, plumatilivé, quod domi per prata luxuriare intuitus sum, & vel culcitris aliquando destinavi sarciendis, *papyrus* vel aliud quid possit procreari?

Marchia quàm felix es patria; commoda mater
Namq; poëtarum non modò rite cluis:
Sed quoq; *Gossypii* inventrix mirabilis audis
Præ *Cretâ*: in pratis utpote fila legis!

(2.) Ab *Ephialte* hic pergo ad *Motum* aliorum spectrorum seu delubrorum, præsertim quat. partim inservierunt thesauris communicandis, (de quorum inventione mirâ lege *Phil. Andr. Oldenburgerum Ict. pag.* 1212 *itinerar. jurid. seu de* 4. *Element. Jurid.*) Cæterùm. Ein glaubwürdiger Nürnberger hatte in seiner Heyrath etwan Anno 1667. im Leben einen Becker gekennet/ den alten Weißkopff/ mit der grossen Nase/ ingemein geheissen / dessen ein Sohn studirt gehabt / doch ein Papiste war worden / und noch etwan lebete im Jahr 1678. da jener mir diß erzehlte: Der Vater aber soll wunderseltzam reich geworden seyn/ daß er zu Foerd kostbahre Gebaude auffgeführt: Doch aber auch endlich wieder verarmet war / daß er nichts mehr zum besten gehabt; in deme er sich bey einem Sohne müssen auffhalten: Nach deme es übel war zerronnen / waß übel war gewonnen: Denn man hatte für gewisse geschwatzet / daß er öffters zu einen kleinen-Sandberg (in der nähe / frey-stehend auff einer Wiesen/ denn man zwar wollen abtragen / aber vergebens / unter der Herrschafft Oenols-Bach gelegen / 1. Meil von Nürenberg/) gefahren mit seiner Brod-wahre / und da der Berg sich flugs aufgethan / solche Speise für Geld denen Geistern verkauffet habe. Es wird aber da herum geglaubet / das Käyser Carl / sie schwatzen der Grosse / drinnen solle ruhen und zwar am Tische sitzen und schlaffen / daß seyn

Barth

Barth sehr breit über den Tisch hingewachsen sey. Sein Kriegs-Heer würde abseits / wie im weiten Felde / nebenst ihme gelagert vermerckt. Aber eben diese Fratze wird auch zu Saltzburg vorgebracht vom nechsten Berge / (davon doch etwan Anno 1669. den 6. Julii durch ein erschreckliches Erdbeben / aus der mitte / etliche 1000. Centner schwere Steine gefallen / das sehr viel Leute auch Gebäud zerschmettert seyn: zur noch grössern befahrung des hangenden Obertheils) item / daß der Käyser sich bißweilen auffgerichtet / und gefraget; ob es Zeit sey? da denn einer von seinen Soldaten soll antworten / nein! Also daß er denn so noch länger müsse liegen. Vom Käyser Friederich / erst Lateinisch / hernach auff eine andere Art Teutsch / beydes nicht umsonst! Qvò fabulosior eò gratior, acceptior & disertior solet esse sermo: Pertinent horsum nugæ de Fridericô I. Imperatore, Longidormiô illô, & adhuc evigilaturô ante judicium extremum: ubi tamen in serie Cæsarum talem exstitisse haud invenimus, ibi alii curiosi conterranei ad *Hercyniam* sylvam meditantur hunc referre ad aliam classem & familiam. Referunt interim omnes, ipsum adhuc stertere, cum *barbâ* suâ, prolixissimâ ad solum usq; à mensâ, cui assidet in scamnô; & quidem in *Kiphausersbergâ* (ad 5. mill. Germ. præter propter à *Melibôco* seu *Blocksbergâ*, de quâ peculiaris noster liber exstat,) monte editô, myrtillis consitô, uti & glebis metallicis refertô; ubi ad verticem adhuc rudera cernuntur arcis, cum suis præsepibus in stabulis; in quâ resedit *Fridericus*, ille ἄδηλος, olim, donec ab hostibus nudatus fuit suô satellitiô militari, & ipse speluncam subiit; ubi adhuc latêre præsumitur; ut quondam inventus ab opilione, adjutu seu manuductione pygmæi alicujus; ubi de ingenti *thesaurô* ibi sepultô, liberalis pastori multum æris communicâsse perhibetur: nuper prætereà, ni fallor, Anno 1669. à rusticôquopiam visitatus, quem relator Studiosus nationalis benè noverat; ut qui ibidem illuc perductus fuit ab homuncione, dum versùs *Northusam* intenderat ex pagô Rôblingâ (im Rieth seu aus der unter-pflege/) frumentum plaustrô pervehere: invitatus autem erat, montem ingredi, & ibi exonerare saccos, tantumq; pecuniæ sumere, non pluris, quantum sat esset venditori, pro caritate moderná annonæ: Sortitus autem fuerat monetam perve-

 tustam,

ustam, in cujus latere alterutrô *Tiberius* scriptus fuit, in alterô HALBER SECEL, in aliis aliud legendum fuit: siquidem eventum Magistratui recensere angariatus fuit, & de monetâ meus relator exemplar possidebat. Cæterùm *rusticus* hic saltem FRIDERICUM immotum oculis usurpaverat; ubi *opilio* viderat surgentem & interrogantem (phantastisch gnug!) num *corvi* adhuc circumvolitarent montem? & ubi quæsitus annuit, responderat, se porrò *per seculum* dormiendo adhuc continuare debere. Sermocinantur ulteriùs, FRIDERICUM hunc peculiarem obtinuisse olim Deästrum in rupe suâ, ut in quâ reliquias loci accolæ ostendunt, ubi steterat, nim. der Puester (convenit hîc Saxonica Dialectus cum græcô propemodùm φυσητὼρ, ῆρος, ὁ, fistula, quasi sufflatorium, ventilator: à φυσάω, inflo, afflo: q. d. pauster; unde & pausen/ pauß-back/ bucco, φυσίγναθος rana, in Homeri Batrachomyomachiâ, oder Frosch-mäuseler: promittit autem idioma tale Saxonicum adhuc in pervetustô hôc idolô obtinens, quòd ibi quondam dialectus Cimbrica valuerit, sicut & *Halis Sax.* ubi jam alienata est. Sic & *Sula*, oppidum *Henneberga* est, q. d. Seule. Sax. Süel: unde adhuc in insignibus habet *Columnam*: aliis aliter.) qui infusam aquam calefactus undiq; exspirat, quasi igne mixtam, ad abigendos & fugandos proximos seu appropinquantes. Habetur verò idolum illud jam *Sondershusæ* in arce, ad 3. cum dimidiô mill. Germ. separatâ à monte, sicuti & tantundèm à *Northusâ*: Stat autem illîc ponè fores, & est in magnitudine ad instar mediocris hominis usq; ad caput, obtinens pedes & brachia, quamquàm sinistrum jam deficiat: dextrum autem servat quasi pendens. Ubi Anno fortè 1672. experimentum repetere voluerunt cum difflatione æstuantis liquoris, ferè palatium incenderant incauti. Adhibuisse autem FRIDERICUS putatur hoc idolum in vicem Averrunci; ut adversarios fervente pluviâ abarceret, quam apud suppositas flammas impetravit cum infusô humore per apertum cranium. (quemadmodùm sic *Maria* effigiata, cùm *Lipsiæ* in *Paulinô*, tùm alibi, lacrymata fuit; ita affecta, ad compilandum infatuatum populum,) Evomuerat autem laticem suum ardentem ex oculis, naribus, ore, & capite &c. undiq; in circuitum cum procellosô susurrô. **Num tibi inaudita est Phrasëologia, *difflare legiones* integras, de Thra-**

sone

ſone illô Plautino, item Riſtii Sauſewinde? Ich kans nicht blaſen/ dicitur etiam. Additur, in papatu hoc monſtrum adhibitum fuiſſe à Monachis machinatoribus, ad argentum extorquendum ab ignaris auditoribus, quaſi Numinis irati ſævitiam præſentaret ſic nuntius ſtatuarius. Quoad colorem dicitur eſſe, veluti olla fornacem nondum paſſa, ſeu Eiſen Steine/ ex ignotô quódam metallô. Nota præterea, ad 4. mill. Germ. hinc diſtare apud *Queſtenberg*, das kalte Loch/ nuperrimè Anno præter propter 1672. patulum factum antrum, in penetralia abducens terræ deſcendentes, *æſtate* exſpirans intenſum frigus, *hyeme* verò calorem. Si pervenerunt ad orgyas vel 200. ad limpidum fluvium pertingunt, & illum navigabilem: ſiquidem cymbam dimiſerunt funibus, & nonnulli rivum intrarunt; in litore autem curaverant reſti naviculam alligari in manibus ſpectatorum, ut retrahi poſſet, ſi tæderet pergere: unde nullum finem animadvertere quiverant ſtatim reduces. Injecerunt aliâ vice ſtramen conciſum, (Heckerling/) hoc demum prope molendinum aquaticum ad 3 mill. germ. diſtans, ſe exſeruit. Porrò ſupernè habuit rivus ille laquear nitens & albidum, quaſi von Marien-Glaſe: decerpſerunt etiam & transmiſerunt nonnihil Dresdam. Aqua autem tàm limpida fuit, ut injectus lapis cerni commodè potuerit. In Speluncam accolæ poſſunt ſeponere ſua mobilia, ut ſecura à latrociniis. Reputant, olim hîc fuiſſe metallarias fodinas. Wegen des Püeſters (als Feuer-blaſers פוטש איר graſſator ignis,) iſt annoch zu behalten/ daß er dergleichen effect heutiges Tages nicht mehr wolle thun/ als vorweilen. Sintemahl man daſelbſt alte uhrkunden hat/ als zu Sonders-hauſen/ wo der Rector Scholæ von ſeinen Groß-Eltern vernommen gehabt/ daß er um und um Feuer und Waſſer von ſich geſprüet aufn Berge: damit ihme keiner könne bey kommen: Da gegen er nun etwan nur einen Strich über ſich halte mit auswerffen. Wie im übrigen dis kalte Loch mehr zum Hartz/ nachn Blocks-berge iſt/ als mercke annoch wegen des Kiphäuſers Berges/ (darinne ſich Kayſer Friedrich ſelber ſoll verfluchet haben/) daß man ſolchen daſelbſt zum Calender machet/ (als die Schnee-Kippe in Schleſien/) zu unterſchiedlichen Beginnen. Als/ verlangen ſie zum pflanzen/ ꝛc. gut Wetter/ ſo ſehen ſie nach des Berges Gipfel; zeugt ſich

 eine

eine Wolcke aus dessen Thurm/ in die Höhe/ (davon sie sprechen: ho ho/ Kayser Friedrich brauet/ es wird schlackicht Wetter werden!) so regnet es folgendes Tages. De Alio *Friederico* Cornelius Crull. Anno 1630. in orat. 1. Jubilari, de heroicâ constantiâ Elect. Sax. in religione Evangelicâ: Porrò hoc ipsum salutis tempus, quó turbatis piorum animis, vera & interna pax & quies primitus fuit restituta, cœpit atq; incidit in regimen & tempora FRIDERICI III. Saxoniæ septemviri, cognomine *Sapientis* & *Pacifici*, Academiæ hujus Fundatoris munificentissimi. (Nomen hoc à Germ. Fried/ non à latinô fœdus, unde quidam *Fœdericus* scribunt, deducitur.) Neq; id sine mysteriô. Vaticinium namq; eô tempore circumferebatur ejusmodi: Imperator *Fridericus* quando adveniet, liberabit sanctum sepulchrum Domini! Quin verò, inquit *Wolffius* Memorab. p. 114. in fin. prophetiæ ita se habent, ut citiùs impleantur, quàm intelligantur: simili quoq; modô hîc accidit. Nam Dux Saxoniæ FRIDERICUS Elector (sub quô *Lutherus* Papatum reformare cæpit,) Francoforti ab Electoribus unanimi consensu in Imperatorem electus fuit, & reverà Imperator fuisset, si modò assensum præbuisset: sed, propter senectutem, Carolum V. votô suô Imperatorem designavit, & petiit. Perinde autem DEO est, pergit *Wolffius*, quamdiu quis Cæsar sit, modò sit. Id circô hic Cæsar *Friedericus*, id est, Elector Saxoniæ, per prædicationem *B. Lutheri*, sanctum *sepulchrum*, id est, sacram scripturam, (in quâ veritas Christi exstincta à Papistis, sepulta jacuit, quam mendicantes, & inquisitores hæreticæ pravitatis custodierant, ne discipuli CHRISTI venirent & aufferrent eam;) liberavit per ministerium *Lutheri*, à custodibus Monachis & sacrificulis. Atq; sic in FRIDERICO vaticinium illud abundè impletum sit. Hucusq; *Wolffius*: Aber weit gnug gesucht bey des Origenis schnackische Leuchte/ und mit der Allegorischen Zuber-Stange oder ungründlichen Loote. Eine alte Prophecey vom Neuen Friderico oder Salomone Ps. 72. so zum Zeiten des Frid. Palatini hervor kommen/ und ungleich auf ihn applicirt worden. In antiquissimô librô Romæ reperta est hæc Prophetia, Eruta nuper ex Bibliothecâ D. Melchisedeci Laubdorini, Notarii Sedinensis, qui ante annos 15. obiit. (1.) Volabit Aquila, cujus volatu debellabitur LEO. (2.) Veniet pullus

Aqui-

Aquilæ & nidificabit in domo *Leönis*. (3.) Tandem conspirabunt principes *Alemanniæ*. (4.) Et Magnates terræ *Bohemiæ* opprimentur. (5.) Tunc surget REX de radice aquilæ nomine FRIDERICUS. (6.) Hic Regnans regnabit & Imperans imperabit. (7.) Ille extendet Ramos suos usq; ad ultimos fines terræ. (8.) Tempore illius summus capietur Pontifex. (9.) Et Clerus dissipabitur, &c. (10.) Außlegung der Prophecenung nach dem Grund-Verstand heiliger Schrifft / und mit stimmenden verlauff der Zeit. 1. Der Osterr. Adler hat den Böheimbschen Löwen im Kriege überwunden. 2. Dieses Adlers Sohne oder Jungen ist das R. Hauß zum eigen Sitz gemacht worden. 3. Darnach ist über zerrissene Confæderation in den Erb-und andern Landen / auch die Conspiration der Union und anderer Fürsten im Teutschen Reich vergrössert worden. 4. Und die vornehmsten Häupter im Königrich Böhmen / und deren Anfang unter den benachbarten Land-Ständen da zwischen unter-gedruckt / und zum Theil proscribirt, wie auch hernach die übrigen Heylande oder assistentz-Könige im genandten Heil. Volcke; Dan. 7 gedemüthiget und der letzte vom Stam Dan. 12. gar zu seinen Ende / oder tödlichen untergang gebracht worden. 5. Nun aber soll und wird forthin auffstehen ein König aus des Adlern Wurtzel / daß ist: Nach dem der Vierdte Monarchische Regenten-Baum durch den Göttlichen Malm-Stein des Königreichs vom Himmel / Dan: 2. am letzten Grad seines Stammes umgeschmissen / und zerschmettert worden / oder am Bozra des neuen Edoms Esa. 63. Apoc. 19. darinnen der neue Römische Imperial Adler seinen eigenen sitz und Nest hat / und also mitten aus dem Osterreichen Ertz-Hertzoglichen Ursprungs-Landt: der wird nach dem Grund Verstandt der Gottes Königlich Reichssprach שלמה schelomo ./. Fridericus; Fried-Mann und Fried-macher Psalm 72. heissen. 6. der wird freylich also regieren und herrschen wie von dem neuen Davids Geschlecht fast in allen Propheten geschrieben stehet. 7. Er wird das Erbtheil unter den Heyden biß an die Ende der Erden einnehmen / Psalm 2. v. 8. zu seiner Ankunfft / Erscheinung / oder Offenbahrung den ⌒ vollends zertrennen und auffreiben 2. Thessal. 2. Offenbahrung 19. Esa. 11 v. 4. Da wird dann der schädliche Stuhl der Gottlosen Pfaffen-rott Psalm 94. gantz und gar

umge-

umgestürtzet / und dagegen den warhafftigen Evangelischen Königs Priestern in Christo zu ihrer forthinigen Mitherrschung gnugsamer Raum gemacht worden. Es ist ja groß Wunder daß auch so viel weis und gelehrte Leut sich am Fried. Palat. mit seiner neuen Königschafft zu Bohaimbischen Zion / so sehr verstossen und ihn gleichsam für den Neuen David oder Salomon existimirt haben / dieweil der Text in heiliger Schrifft und sonderlich im Propheten Daniel so klar darwieder streitet und nicht zu lässet / das der neue Antiochius eher fallen soll / er habe dann nach seinem Vorbilde / 3. Könige zuvor gedemütiget und die Zerstreuung der Macht Hand oder Heerscharen im heiligen Volck / Dan. 12. vollendet. Nun ist ja König Friederich erst der erste gewesen / deme noch zween andere seines gleichen nachfolgen müssen / so gedemütiget werden sollen: Darum ists gantz ungereimbt also von ihme zuschliessen gewesen. So soll auch der Stein erst nochmahlen zu einen grossen Berg ./. das Königreich Christi recht sichtbar und euser Majestätisch werden / nach dem Er das Bild schon geschlagen / ./. das Römische Reich mit seiner Hoheit vertilget hat: darum hette Fried. Palat. auff solche weise nicht so frühe-zeitig / sondern erst nach dem Er den Adler würcklich gedämpffet zum König gekröhnet und als des Menschen Sohn die Gewalt unter dem Himel empfangen müssen. Aber zur gnüge von diesen Lucomoriis, Troglodytis seu ursis (wie etwan der Aristophanes und Euripides die Athieniensischen eingezogen Jungfern nennen / weil sie sich daheime wie Hauß-Uncken in ihren Klüfften / versteckt gehalten und nur wegen des Futters aus ihren Schlufslöchern zu Marckte hervorgangen seynd: traun rühmlicher / als unsere Pietz-freye / Brust-lose / nackt-hälsige Hoffarts Muster / die öfters zu Wege und Stege ohne Noth erscheinen / als Menanaræ; um Hurenjäger zu daß wilde Wesen anzulocken / die mit ihren Augen kugeln und Hasen-Schrot auf sie loß schiessen mögen. 3. Pergo ad *Motum* Aërobaticorum, Uranodromorum, Palliovehorum, Nubigradorũ, Altambulorũ &c. quales leguntur 1. *Aethericolæ Dii*, qui descendunt nocturno tempore, vide *Barthiam Tom I. adversar. seu Apollonius Thyanaeus vide hic* §. 18. 2. *Badudus. Christus* à Diabolo circumductus. Vide D. Mart. Geierum Anno 1661. concion. funebr. Lipf.

super

super Engelbrechta: vel Circe seu Canidia. vid. §. 18. 4. *Dædalus*; 5. *Elias*. 6. *Fortunatus*, vel Faustus, §. 18. 7. *Ganymedes*. 8. *Hermannus*, vide Tabb. Astroscopic: nostras. 9. *Justitia*, ibid. 10. *Kapitis Medusæi Portator Perseus*. 11. *Lochiana*. 12. *Maria*. 13. *Nuntius Deorum*, *Mercurius*. 14. *Oddo*. 15. *Philippus*, vide Pythagoras. §. 18. 16. *Qvirinus*. 17. *Simon Magus*. 18. *Teutonicus*. 19. *Uxor Sax. duc.* 20. Zäuberer. (2.) Antiquus Britannorum Rex *Badudus*, Magicâ arte, quam passim docuit, fœtus, præstigiisq; dæmonum actus, eò insaniæ venit, ut sibi *alas*, *Volandi* gratiâ, aptaverit. Cùm in altum tolli cœpisset, repentè cecidit, eoq; casu collisus ad inferos descendit, *Polyd. l. 1.* (3.) *Sincerus* refert *in Itiner. Gall.* De Burdigalâ: in æde D. Andreæ, pictura *Christi*, *Aquilæ insidentis* & cœlum petentis. Nota, quòd *Galacius de arcanis religion.* Dictum illud biblicum de admirabili viâ *aquilæ* in aëre, explicet de *Messiâ*. Sic *D. Majerus Lips. An. 1678. Festô Ascens. Dom.* Jesum adscendentem comparabat *Aquilæ* referebatq; aliquos Thêologos, illum angelum per μεσουράνημα, cum æternô *Evangeliô volantem*, explicare de *Christo* (cùm tamen ipsius filius junior Doctor Thêol. Superintend. Leisnicii tunc illud oraculum, cum plerisq; nostratium, intellexerat de *Luthe-rô*, quem nuperrimè, in peculari tractatu hâc de re, refutaverat Jesuita Erfurti, ex patrum sententiâ.) Gentiles quidem in apothêosi super rogum curaverant *aquilam* provolare, & quasi combusti manes asportare ad portam *Capricorni*: Sed hagiographus ibi magnale DEI in *aëre* admiratur, dum portat tam grave corpus. De Christô corporaliter, non per visionē tantū in sublime lato per Satanā, D. Gerhard. in explicat. Evang. p. 502. (5.) *Hornius p. 219. ad lib. 2. Sacr. Hist. Sulpitii*, ex hoc *Eliæ raptu in cœlū*, poëtas accepisse fabulas de *Solis quadrigâ*, asserit *Beda*, *quæst. 36. Chrys. Homiliâ 1. de Eliâ*. Confer *M. Joh. Fabricii Cacozeliā gentil. M. Joh. Sperling P. P. Witeb. 1646.* de *sole*, *præfat.* Judæi, gens electa, *solem* & religiosâ adoratione 2. *Reg. 23, 5.* & *quadrigæ* cum *curru* dedicatione *v. 11.* coluerunt, insuper habentes divinum mandatum *Deut. 4, 19.* Confer *Joh. Geörg.* Schoch / *ad poet.* Weyrauch-Baum und Sonnen-Blume / *in Notis p. 52.* *D. Joh. Tob. Major de naturâ & cultu Angelorum, th. 31.* Igneum *currum* unà cum equis censent aliquam plurimi iiq; doctissimi interpretum, fuisse

angelos, 2. *Reg.* 2, 11. in raptu *Eliæ*, ex *c.* 6, 27. in circuitu *Elisæ*; quia Deus utitur Angelis, ut *ventis*: & ministris suis, velut *igne* flammeô. *Eb.* 1, 17. quia spirituales sunt substantiæ, Igneæ quasi naturæ &c. *D. Mich. Waltherus de immortalit. animæ*, *p.* 18. *Georg. Calixtus de bonô perfectè summô. p* 25. verosimile etiam est, hâc potius dote (volucri, de quô *August. l.* 13. *C. D. c.* 18.) fideles in aëra Domino in occursum *raptum* iri, quàm exrrinsecâ angelorum agitatione vel *elevatione*, quale *Habacuc* propheta è Judæâ in *Babylonem* ad *Danielem* in speluncâ lëonum cibô reficiendum *raptus* scribitur in Apocryphis. Verè autem ejusmodi *raptus* Eliæ prophetæ & fortè aliis etiam prophetis, obtingere solebant. Id intelligere licet è verbis Obadiæ ad ipsum *Eliam*. 1. *Reg.* 18, 12. Erit, inquit, abeunte me abs te, ut spiritus *DOMINI* absportet te nescio quò. Et ex verbis filiorum prophetarum, qui *Jerichunte* habitabant, ad *Elisæum* 2. *Reg.* 2. 16. *Eant.* 50. homines &c. Hæc enim non dicerent, nisi tales *raptus* fieri consuevisse nossent. Quod autem *Ezech. c.* 1. sibi obvenisse scribit, ut *arreptus* cincinnô tolleretur in cælum & terram, & Babylone Jerosolymam deduceretur, sicut explicat ipse, *in visione DEI* non reapse factum fuit. *Philippum* autem postquàm baptizâsset *Æthiopem* Eunuchum, dynasten reginæ *Candaces*, spiritus *DOMINI rapuit*, nec ampliùs vidit eum Eunuchus *Act.* 8, 39. *D. Salom. Gesnerus de Personis seu Larvis*, *lit. c*, 6. Pertinet huc memorabilis historia de Abbate *Horô*, ad quem venerunt aliquando dæmones in specie cælestis militiæ, & habitu Angelorum currus igneos agentes, plurimô apparatu, tanquàm magnum aliquem regem deducentes, isq; qui à cæteris, ut rex haberi videbatur, dicebat ad eum: implêsti omnia, ô homo: superest tibi, ut adores me, & *transferam* te, sicut *Heliam*! sed monachus hæc audiens dicebat in corde suô, quod hoc? quotidiè ego Salvatorem, qui est rex meus, adoro: hic si esset ille, quomodò à me hoc posceret, quod indesinenter me facere sciret? Et post hæc respondit ad ipsum: Ego habeo meum regem: quem quotidiè sine intermissione adoro. Tu autem non es rex meus! Et continuò inimicus ad hæc verba nunquam comparuit.) *Bochartus in Canaan l.* 2. *c.* 10. *pag.* 8 6. Ex Serviô: Hoc regis scl. *Beli* nomen ratione non caret: Nam omnes in illis partibus *Solem* colunt, qui ipsorum linguâ *Hel* dicitur. Unde

&

& ἥλιον: Ergò addita *digammos*, & in fine facta derivatio à *sole* regi
nomen imposuit. Et rursus: Lingua *punica Hal* dicitur, DEUS, A-
pud Assyrios autem *Hel* dicitur quâdam sacrorum ratione *Saturnus*
& *Sol*, utrobiq; tollitur *Hal* & *Hel*, nec Syra sunt vocabula, nec *Pu-*
nica. Et absurdum quod sibi fingit, digamma Æolicum Phæniciis vo-
cibus proponi: sed אל *El* Hebræis DEUM, Phænicibus Saturnum
sonat, qui *Bel* vocatur ab Hebræó בעל baal, vel Chald. בל bel.
Damascius Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν κρόνον ἦλ καὶ Βὴλ καὶ Βελάθην ἐπονομάζουσιν. Phi-
lo Bythius illud *El* in ἶλον mutat Trojanum nomen Græcis & Roma-
nis notissimum. *Ilus* erat, dum res stetit *Ilia* regno. (6.) *Libavius*,
*Coburgi Rector, de virgulâ divinâ p.*450. *l.* 4. *ad opus Diei III. Hexae-*
meri: Germani veteres *Fortunato* cuidam fictitio attribuerunt pilio-
lum divinum: quô quis tectus omnia optata feliciter consequere-
tur: unde & votivum, vel optatorium dixerunt, (imò quô pileolô
etiam *avolare* valuit, quorsum voluit.) (7.) De *Geniis*, Angelis, *Au-*
tor programm. funeb. Lips. An. 1674. Qui vitiis nuper sordidatus to-
tus erat, jam totus virtutibus coruscat, ex Seniore veluti in *juniorem*
transmutatus. *Ita* enim *Davidicum* illud Psa. 103. Renovabitur ut
Aquila juventus tua, intelligendum esse, divinissimus vates *Esaias* con-
svadet, sic dicens: qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem,
assument pennas sicut *aquila*, vel secundum LXX: πτεροφυήσουσι ὡς ἀετοί
h. e.; pennas producent, sicut *aquilæ*. Renovantur enim acceptô
S. Sanctô Christiani, novosq; ut pulchrè *Augustana Confessio*, *artic.*
20. loquitur, affectus induunt, ut facere bona opera possint, atq;
adeò dura quoq; adversaq; omnia infractô ac vegetô animô exant-
lare: quin & in *cælum* ipsum contendunt, non secus atq; aquilæ, vel
angeli ipsi, quibus scriptura *aquilæ alas* assignat etiam, quòad corpus
renovandi olim, cumq; eo velut *aquilæ* Christo obviam *in aërem ra-*
pienái. (8) *Autor horrib.* histor. l. 1. p. 155. *Hollerus* armorum Ma-
gicô usu apud eosdem clarus evasit, & divinitatis opinionem adeptus
est, osse consecrato, tanquàm *navigiô*, vastissima maria superabat.
Ab æmulis tandem dirâ morte peremtus. *Ol. Magnus* l. 3. c. 4. (10.)
De *Perseo*, seu *Mercuriô*, Propertius, vel si te sectæ *rapiant* talaribus
auræ. (11) *M. Barth.* Schütz/ *Rostoch.* 1669. *de Magiâ por.* 4. *un-*
guentum illud, quô se præparant ad conventicula sua frequentanda sagæ, ut

ut nonnunquam verè ac realiter iis etiam intersint, referri meretur non ad Magiam naturalem & licitam; sed dæmoniacam & illicitam! Utrum prostibula Satanæ realiter ac verè *devehantur* ad loca Satanæ destinata, insidentes *baculis* aut furcis unguentô certô illitis? quæstio certè magni momenti, & altioris indaginis est. Non autem prolixius discutiemus eam hîc, neq; quidem hoc nostri loci est directè, sed vel tangemus saltem. Cæterùm status quæstionis non est; utrum semper verè & quoad substantiam personæ suæ, deferantur ad *Sabbata* sua detestanda *Sagæ*; adeò, ut nullo unquam locô & tempore phantastica hîc incurrat illusio Diaboli? Negandum enim hîc non est, quód diabolus hominum sensibus sæpenumerò fucum faciat, & phantasmata eorum ita regat ut in locis à se desideratis esse videantur; corpore interim domi relictô, quod umbrâ suâ cooperit. *Diabolus*, ut graviter inquit *Bald. cas. consc. l. 3. 5. cas. 8.* Nec quæritur; utrum anima *sagarum*, quoad substantiam abrepta extra corpus præsens sistatur à *Diabolô* alibi, reuniendo deinceps, ejusdem operâ, cum corpore? Nam tale factum dissolutionis animæ & illi correspondentis reunitionis ejusdem cum eôdem, naturæ finitæ simpliciter impossibile est: cùm soli DEO, ut jus solvendi, ita & reuniendi vinculum animæ cum corpore competat. Neq; quæritur de tempore & locô præcisè, utrum nullô aliò tempore, quàm *Calendis Maii*, neq; ad ullum unquam locum, quàm ad montem *Bructerorum* vulgò Blocksberg/ deportentur ad *symposia* sua *Magiæ* incantatricis cultores, & quidem omnes ex omnibus orbis angulis simul. Licèt enim summæ agilitatis spiritui illud difficile haud sit, & procul dubio cum quibusdam etiam illô locô ac tempore ita sint; non tamen exinde sequitur, illum idem peragere cum omnibus omnium locorum unô noctis articulô, quasi desit in viciniâ vel alibi mons, ad quem possit deferre amasias suas *rëaliter*; ita tamen, ut fortissimâ quâdam vi ipsis imprimat, hunc eundem esse montem, quem nobilitavit jam diu, inter vulgus, *sagarum visitatio*. Hoc tandem in quæstione est; utrumne aliquando verè & realiter, tum quoad *corpus*, tum quoad *animam* deferri possint ad congregationes suas *sagæ*, imò deferantur etiam interdum de *potentiâ*, quis dubitet? cum potentiam hanc suam impudentissimus nebulo probare ausus sit in

ipso

ipsô CHRISTO, ducendo eum verè in ſublime permiſſione divinâ, & mox ſuper *pinnaculum templi*, mox ſuper *montem excelſum* valdè ſtatuendo. Quod autem actu ipsô ſæpe tranſtulerit *ſagas* idem ſpiritus, teſtantur *exempla* tum vetera, tum recentiora. His annumerandum, quod *Bodinus* refert. *l.* 2. *Dæmonom. c.* 4. De *Magâ* quâdam *LOCHIANA*, quæ cum ſæpius noctu abeſſet à virô, & in ſuſpicionem libidinis veniret, hic necem interminatus fæminæ eſt, niſi indicaret, quò proficiſceretur. Illa ſibi à periculis metuens, rem, ut erat, confeſſa eſt. Atq; ut videas rem ita ſe habere (pergit ad maritum,) ſi volueris, eodem venies. Tunc tradidit ei unguentum, quô ſe uterq; inunxerunt, & pronuntiatis aliquot vocibus, *Diabolus* eas in arenarias *Burdegalenſes* exportavit. Simile quid *Lugduni* quoq; contigiſſe idem l. c. addit: Mulier quædam ſurrexit de nocte, accendit lucem, arreptâ pyxide inunxit ſeſe, & poſt voces aliquot elata eſt. Hos ritus fieri obſervans *Mœchus*, qui cum eâ cubaverat, cùm, muliere non ampliùs inventâ, ſolam unguenti pyxidem reperiſſet, curiosô animô exploraturus, quid unguentum poſſet, fecit, prout fieri animadverterat; ita ſtatim alatus, comperit ſe cum Magorum cætu eſſe in agrô *Lotharingiæ*, & conſternatus eſt. Alia citare nunc quidem non vacat. Vid. *Delrius t.* 2. *diſq. Mag. q.* 16. & qui ex eô plura compilavit, *Schottus Phyſic. curioſ. p.* 70. Cum quibus etiam exemplis conſentiunt recentiorum *ſagarum* plerarumq; confeſſiones propriæ: quibus fidem omnibus denegare quis præſumat? quis enim niſi prorſus refractarius ſibi perſvadeat, *Sagas* omnes, quæ ſimilia de ſe ex aliis enuntiant, & omnes illos, qui vigilantes & nihil tale volentes eò delati fuêre, per imaginationem meram, à diabolô perpetuò eſſe falſos & deceptos? Unguentum tamen iſtud, quod ex diaboli ſuggeſtione adhibuiſſe dicuntur ſagæ, ad procurandam translationem, ex ſe & naturali quâdam vi in hunc effectum transportationis realis influere non poteſt, ſed verò *Diabolus* ipſe omnes tantùm non ſuſtinet partes. Nam ex quacumq; materiâ etiam iſtud confecturus ſit, ex variis autem rebus, maximè ex unguine *necatorum infantum*, (horrendum dictu!) Sagas id conficere ſolere, *Schottus* l. c. ſcribit: obvia tamen, ut puto, omnibus res veritatis eſt, nullam hîc eſſe proportionem & connexionem inter effectum & cauſam prorſus.

Pro *forma* itaq; quod dicitur seu symbolô solùm hoc *unguentum* ipsis injungere videtur *dæmon*, & cum posset sine *unguentô* illas transferre, copiosiùs vult hoc adhiberi, ut quamplurimos infantes perimant *sagæ*, opinantes, sine illô ad conventum se deferri non posse (14.) Vide §. 18. (15.) *Christian. Gueinzius in divit. Evangel.* part. 1. Domin. Invocav. §. 19. p. 436. Assumit ipsum diabolus, idq; factum est, non uti quidam opinantur, inter quos etiam *Cyprianus* serm. de Jejun. & tent. per *visionem*, sed per corporalem translationem, cum nim. etiam *tertia* talis: non quidem ex *Domini* imbecillitate, uti habet *Hieronymus in c. 4. Matth.* sed Salvatoris voluntate. Ut in omnibus, sicut & nos, absq; tamen peccatô tentaretur. *Hebr. 4, 15.* & ut nequissimi hostis astutia vinceretur, non potentia Deitatis, sed mysteriô humilitatis usus, ait *Leo*, serm. 1. quadrages. Et 3. ut tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram suâ morte superare venerat, ait Gregor. hom. 19. in Evang. Quemadmodum & *PHILIPPUS* per *aërem raptus*. Act. 8, 39. *HABACUC Dan. 10, 35.* Mens quidem, ut addit *Gregorius*, hoc refugit credere, humanæ hoc audire aures recusant; quæ tamen non incredibilia esse ista cognoscimus, si in illô & alia facta pensamus. Annon Diaboli membra *Judæi*, persequentes & milites Christum crucifigentes fuerunt? Quid ergò mirum si se ab eô permansit in montem duci, aut in pinnaculum; qui etiam permisit, se à membris illius crucifigi? Non est ergô indignum *Redemtori* nostro, quòd voluerit *tentari*, qui venerat *occidi*. (16.) Ex programmate funebr. Lips. A. 1670. super Ict. *Quirinum Schacherum*, P. P. Splendidè verò pejerâsse Proculum, cum augustiorem, quàm anteà fuisset, Romuli speciem, cœlô repente delapsam oculisq; suis oblatam ementitus est, jubentis, ut cœlo se receptum, pro Numine Romani colerent, novôq; ac Diis placitô nomine QUIRINUM appellarent, ipsi Romanarum rerum Scriptores non obscurè produnt. Dionysius sanè Halicarnass. l. 2. *antiq. Rom.* iis se libentiùs credere fatetur, qui primum illum & Urbis & Imperii Parentem ob asperius ingenium in curiâ necatum. &, ne cædes innotesceret, corpus ejus frustratim discerptum, sub togis elatum, terrâq; clam obrutum contendunt. Nec aliter omnino sentit Valerius Maximus *l. 5. c. 3. dict. & fact. mem.* qui ferox illud & rude

rude seculum conditoris sui cruore maculatum ne summâ quidem posteritatis pietate dissimulari potuisse testatur: ut eos jam omittam, qui Romulum non in curiâ quidem, sed, cum exercitus recensendi causâ concionem advocâsset exortâq; subitò tempestate non populus modò, sed satellites etiam diffugissent, interfectum & in Capreæ paludem abjectum scripsere. Sed enim, ne suspicax multitudo, quæ contra Senatum jam intumescere cæperat, seditionis procellas excitaret, non inutili Patribus consiliô ejusmodi rumor dispergebatur, qui *raptum in sublime* Romulum jam inter Deos vitam agere vulgaret. Cui famæ non virtus modò novi Cœlitis eximia fidem aliquam conciliabat, sed oboriens etiam eo tempore nimborum & tonitruum tempestas speciem aliquam, Florô judice, præbebat. Accedebat insuper Solis defectio, quam, ut Augustinus habet *l. 3. de Civit. DEI c. 15.* certâ ratione sui cursûs effectam imperita nesciens multitudo meritis Romuli tribuebat. Cæterùm quemadmodum juxta Tacitum *histor. l. 1.* in magnis mendaciis solet, ut vagus primùm ac incertus rumor feratur, mox interfuisse se quidam ac vidisse præsentes affirment: ita Proculus etiam, ut Senatum suspicione regiæ cædis liberaret, apparuisse sibi Romulum humano *majorem, jure jurandô firmavit.* Nec improbabilis est eorum conjectura, qui præmiis impulsum ad hoc mendacium Proculum suspicantur. Apud Dionem certè in vitâ Augusti Livia Numerio cuidam Attico decies sestertiûm numerari jubet, quod is Augustum ad Superos ascendentem vidisse se jurâsset. Et Tatianus contra Græcos apertè notat, fuisse non rarò mercede conductos, qui Sacramentô contenderent, homines in cœlum euntes se vidisse. Quicquid sit, illud satis constat, Proculi perjuriô Romulum DEUM factum, ipsiq; & fanum constitutum & aras consecratas, & alios Divinos cultus exhibitos fuisse, quod etiam Ecclesiæ primitivæ Scriptores Justinus, Tertullianus, Minutius Felix, Arnobius & alii gentilibus frequenter objiciunt. Quemadmodum autem aliàs consecratorum nomina solebant immutari, fortasse, ne quis eos homines fuisse putaret, quam rationem affert Lactantius *l. 1. de fals. sap c. 21.* ubi etiam exempla aliqua ex antiquitate adducit: ita Romulus etiam, cum inter Deos fuisset relatus, Quirinus (sic enim ipse scilicet Proculo mandaverat) fuit appellatus,

Sive

Sive quod hasta quiris priscis est dicta Sabinis,
Bellicus à telô venit in astra DEUS:
Sive suo Regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanis junxerat ille Cures,

Ut Ovidius 2. *Fastorum* canit, seu qualiscunq; tandem ejus appellationis ratio fuerit. Sed mittamus tandem *Quirinum* illum gentilium, & ad Academiæ nostræ *Quirinum* τῶν ἐν ἁγίοις accedamus, &c. (17.) *D. Wilhelm. Lyserus. Theol. Witeb. 1649. de prophetiis, sect. 1. 18.* Ajunt plurimi, istos utrosq; (*Montenum* & *Maximillam*,) ab insanô spiritu *motos*, se ipsos non quidem simul, sed quemq; suæ mortis tempore, laqueô suspendisse, atq; ita, in morem *Judæ* proditoris, vitam terminâsse. Quemadmodùm & egregium illum velut primum prophetiæ illorum procuratorem *Thëodotum* multus rumor tradit; ita aliquando factum amentem, ut se ipsum erroris spiritu persvaserit, in *cælos exaltari* & assumi, atq; ita in auras jactatum pessimè interiisse, apud *Eusebium*. *D. Ægid. Strauchius Witeb. Anno 1656. De Manichæismô. §. 5.* De Simone refert *Hegesippus l. 2. c 2. de excidio Hierosolym.* Itemq; *Arnobius l. 2. adv. gentes*, quòd cum *Volare* voluerit, orationibus *Petri* dejectus sit, & non tantùm tibias fregerit, sed etiam paulò pòst cum summâ ignominiâ obierit. At *Socrates*, etsi in mortis genere recensendo, cum *Ephiphaniô* idem dicat, occasionem tamen interitûs paulò aliter recenset, dum *lib. 1. c. 17.* ait: cum se quosdam ritus sacros exsequi simularet, à malignô spiritu è sublimi in præceps dejectus est, sicq; miserè periit, uti *Christophorsonus* græca cum paraphrasi latinâ fecit. Confer *Bebelium de antiquitat. sacris*, qui ferè fabulam habet. *Ambros. l. 3. Hexaëm. sub finem c. 8.* Elymam Magum *Paulus* non solùm Magicæ artis infirmitate, sed etiam oculorum amissione cœcavit, *Act. 13, 11.* *Sic Petrus Simonem*, alta cæli *Magicô volatu* petentem dissolutâ carminum potestate dejecit, & stravit. *Hegesipp. l. 3. c. 2.* Confer *M. Joh. Frideric. Lips. 1591 de Lycanthrop. p. 14.* quòd *Aries*, formâ *Simonis Magi*, coram Nerone decollatus sit. De hæresi ipsius *D. Bertramm. ad Matth. c. 24. p. 662 ex Albertô M. in c. 13. Marci.* *Calixtum de immortal. anima p. 29. c. 4. ex Epiphan. l. 1. T. 2. & 3.* *D. Gothofr. Cundisius,*

Jen.

Jen. 1648. quæst. illust. Diß. 3. c. 10. ex. Euseb. l. 1. H. Eccles. c. 1. pag. 16. & l. 2. c. 13. &c. p. 21. 22. Epiphan. hær. 21. D. Abr. Calov. Witteb. 1654. contra scandal. Tract. D. Christ. Drejeri Epist. dedic. ex Vincent. Lerinense in commonit. c. 34. D. Christian Chemnit. Jen. A. 1656. diß. ad Gal. 2. lit. F. 2. ex Irenæ. l. 1. adv. hæres. c. 20. num. 4. Theodor. l. 1. Comp. hæret. Joh. Herman Herborn. 1615. in decad. illustr. quæst. Diß. de justificat. p. 16. &c. (18.) Ubi aliquis putaret, versipellem *Joh. Teutonicum*, sub nocte Natalit. Christi *Halberstadi*, Moguntiæ; (vide *Serarium Jesuit. de rebus Moguntiacis.*) & Coloniæ Missam An. 1271. celabrantem, itidē sic *transvectū* esse celerrimè de loco in locū ope dæmonis; ibi *Joh. Ern. Pfuel, de Magiâ p. 135.* dicit: alicubi fuisse *hominem*, alibi hominis *spectrum*, *Diabolum* personatum. Idem arbitratur quoq;, quòd *Diabolus* piorum non minùs faciem possit adsumere, ut inducat & terreat alios. Quò etiam *Tillium Archistrategam* Cæsaris, & Comitem, *Ferdinandum* Antolinesium sacris operantes & simul ducentes exercitus *Didacus Savedra Symb. Polic. 18.* refert, ad angelum custodem Pontificiorum inclinans. confer nostrum Knecht Ruprecht *seu Saturnal. part. 1. & 2. Opus Johanneum. Job. Friderichus de Lycanthropiâ. p. 74. 75.* potestatis Diabolicæ magnum & illud est indicium, quod hominum aliaq; corpora, nonnunquám in *sublime* abripit, & ad quævis locorum intervalla transportat. Quomodò, ex innumeris *Simonem Magum*, Romæ, spectante populô, aliquandiu *sublatum volâsse*, *Romulum* item urbis conditorem per *aërem* abreptum evanuisse legimus: *Apollonium* quoq; *Thyanæum*, insignem magum, à Nili fontibus in Æthiopiâ Romam, & aliô tempore Româ Puteolas in Campaniam *deportatum*, *Pythagoram* Thuriis Metapontum, *Circem* etiam, *Medeam*, & *Canidiam*, famosissimas Magas, ita per *aërem* vectas crediderim, utut poëticæ narrationes de illis fabulosæ videantur. Sic enim paullò superiorum seculorum memoria *Joann* quoq; *Theutonicus*, celebris eô tempore Magus, sæpe vectus esse perhibetur, ut quando A. C. 1271. mediâ nocte sacrum natalem Domini præcedente, *tres* missas cecinit, unam *Halberstadii*, alteram *Moguntiæ*, tertiam *Coloniæ*. Et patrum ætate *Faustus*, qui *palliô* secum insidentes ad longinquas terras bajulasse fertur: confer Manlium in Loc. Commun. p. m. 58. quid, quòd sagæ annô minimùm *semel* ad

L publ.

12. *DE MOTU NATURALI.* Pfuel de *Magiâ. p. 136. 137. §. 29. Motus* noster itione & quiete perficitur: quod in præruptorum præcipitumq; montium enisu advertimus, ubi alter pes interquiescere non potest, & ictu quater millesimo, nisi valetudo *commota* sit, arteriarum per horam. Iccircò lubricô ac instabili vestigiô ægrè incedimus, nec per naturam in æquoris planò pedites facimus iter: quod de *Oddone* Danô, Diaboli manibus certè sublatô, Saxo Grammaticus l. 5. retulit. *Confer M. David Stumphium in Epit. Bodini Dæmonom. p. 117.* inclinatio *Colurnæ* ad ignem (Vide *Kircher. in mund. subterr. T. 2. p. 418. & arte Magnet. l. 3. p. 503. Cardan. lib. de Var. rer. l. 7. c. 36 p. 284. Mizald. aphor. 24. cent. 8. apud M. Joh. Valent. Merbizium (Lips. 1675.) disp. 2. de Nymphis. Coroll. 1.*) huc non facit. Fit enim hæc in viridi propter humidum, quod ceu pabulum calor ignis quærit. Uti videmus in quibusvis ferè virgis, appositis foco, quomodò in circulum incurventur. Insutus est culeo parricidarum, cum cane, viperâ, simiâ & *gallus gallinaceus*. Constant. l. un. C. de his

qui

qui parent. Vel lib. occid. vide D. Mich. Wendeler, Witeb. 1656. De æquitate. D. Andr. Rivinus Lipſ. 1650 in Miſcellan. quæſt. 2. de καλλωπονισμῶ ex Iſidor. Hiſpal. in Gloſſar. Reſponſis & ſentent. Hadriani Imp. in Excerpt. è vet. Lex. GræcoL. fine. pag. 304. Turneb. adverſ. lib. c. 13. Forcatuli Necyomantiâ, dial. 54. aliisq;. Quia *gallus gallinaceus* pugnax animal & alis & unguibus & roſtrô cæteris inſultans, non poteſt non magnâ moleſtiâ & ipſum hominem infeſtare. Adde D. Dan. Ægid. Heinrici Lipſ. 1680. diſp. de pœnâ decollationis, §. 30. ex *l. 9. pr ff. de l. Pompei. de parricid.* Bachov. ad d. §. inſt. de publ. Judic. Damhouder in pract. crim. art. 131. conſtit. El. 3. p. 4.

13. *DE MOTU ORATORIO.* Jul. Waudræus, Monoſt. 574. p. 75. Cypris.

Plus *Cicerone* poteſt, etiam *Demoſthene*, Cypris:
Hi poſſunt homines, ipſa *movere* Deos.

14. *DE MOTU POETICO, Hieronym. Elverus. in Delic. Apodem. p. 320.* primûm homines in montibus, vallibus & ſylvis diſſipati, prudentum conſiliis compulſi ſunt, & Eloquentum oratione deleniti, ut oppidis & mœnibus ſe ſepſerint. Hoc ipſum fabula quoq; de *Orpheo* denotat: qui *Lyræ* ſuæ fidibus, h. e. ſvaviſſimis & diſertiſſimis ſermonibus ſuis, beluas demulſit, *ſaxa traxit*, flumina, ſylvas (intellige homines, paſſim in ſylvis beſtiarum more oberrantes,) in admirationem rapuit, *Borremanſius in Dial. de poët. & prophetis. p. 80.* Memini me apud *Voſſium* legere, de art. poët. c. 8. §. 3. nullum unquam poëtam fuiſſe nomine *Orpheum*, ſed eſſe nomen appallativum, ab Arabicô *Arifa* deductum, PAU. veriſimiliorem iſtam Voſſii conjecturam Tullius facit, qui l. 1. N. Deor. refert, Ariſtotelem prodidiſſe, Orphea iſtum nunquam fuiſſe: quæ verò carmina ejus nomine circum feruntur, ea à Pythagoricis *Cercopi* cuidam tribui. Illud verò veriſimile non eſt, *Orphea* Magum fuiſſe, qui vi carminum Magicorum feras ſylvasq; *ducere & circumagere* potuerit, quod utinam M. Schookius, vir πολυμαθέστατος non defendiſſet. Fab. Hamelenſ. par. 3. cap. 2.

15. *DE MOTU QUANTITATIVO*, alibi in Tract. *DEUS & Natu-*

Natura agunt Geometras. Pertinent huc alæ & ſcalæ οὐρανοδρόμων, ut ſunt *Semidiametri*. &c. Sic Keplerus beneficiò V. Corporum Regularium aſcendit ad ſummum cælum, vide Heſelium in perſpectivâ p. m. 65. &c. Lege Phil. Melancht. Tom. IV. Declamat. p. m. 676. 677. Confer Robert. de Fluct. in analyſ. contra Keplerum. M. Enoch. Haneman. in diſp. de crepuſc. in atriò: Nec eſt quod nobis fex & ſentina vulgi ogganniat. Ecquid hoc ſit hominis, qui libratis *alis* cælum de ſubitò advolet? Sed Dædalum nos æmulari poſſe ſcias velim, quàm ſæpiſſimè. Duas enim *alas* habemus, affirmante *Platone*, ſive *ſcalas*, ſecundùm *Tychonem*, Geometriam ſcl. & Arithmeticam, quæ nos ad ſummum usq; cælum elevant, & nitidisſimos flores cominùs perluſtrandos ſubminiſtrant. Quoad *Arithmeticam* confer hâc in parte Harſtorff/ in Erquickſt. T. 2 part. 7. probl. 1. p. 273. Epigramma M. Joh. Albini. Poët. Prof. P. ante diſp. 1. M. Meureri de Matheſi:

Uſus remigiis alarum Dædalus, olim
Per vacuum pernix aëra fecit iter.
Fabula! quis credet? lentos quis credat ad *altum*
Mortales alis poſſe *volare* polum?
At tu ne temerè vatum ſapientia ride
Scripta, ſacri vates nil niſi vera docent.
Si quæris celeres, quibus uſus *Dædalus*, alas,
Conſule *Meureri* quæ modò vena dedit.
Ad ſuperos cœli tractus divina *matheſis*
Ducit, & inſvetos nos docet ire vias.
Sola adhibent *numeros* ingentem luſtrat Olympum,
Sydereosq; globos ad rata puncta locat.
Sola vagos terræ definit ſedula campos,
Limite diſcernens quælibet arva ſuo.
Sola per erratum metitnr gentibus orbem,
Quà ſubit oceänum ſol oriturq; plagâ, &c.

Libavius p. 443. Hexaëm. l 5. ad opus Diei IV. iſta *Umbra &*

 nox,

nox, ſcala eſt, perquam in cælum conſcenderunt, & non tantùm diſtantias quorundam didicerunt; verùm etiam magnitudines ☉ & ☽. indeq; relapſi terram quoq; & aquas, quâ formâ & quanta ſit, intellexerunt. Tanta eſt res nihili &c. Confer Douſam de *Umbrâ*. Libav. p. 369. l. V. Hexaëm. Nec ſolùm Lux tanti eſt, verùm etiam viliſſima rerum *Umbra*, quæ cum ſyſtaſi nihil ſit, tamen in abſtruſiſſimorum cognitionem nos perducit, ut poſſimus quantitates, figurasque corporum cœleſtis & globi terreni metiri, unà cum motu & temporum deſcriptione ſeu ordine. Idem oculus per diöptra inſtrumenta perpendiculares rectasq; venatur lineas, & ope Gëometricæ & Arithmeticæ *motus* diſtantiasq; ſyderum in primô ſecundoq; mobilium advertit. Confer D. Kromayerum, Lipſ. in increment. diſciplin. de *Parallaxi*.

16. *DE MOTU RADIALI.* *M. Adam. Purpius, Witeberg. Anno 1669. Diſp. 2. de cauſis laboranti naturæ obſtetricantibus: virtute ſcl. cæli & ignis ſubterranei. ſect. 3. §. 7.* Quemadmodùm autem admirabilem in alendis vel educandis extraneis vegetabilibus diſſenſum fovent toties memoratæ laborantis naturæ cauſæ; ita mirum eſt, quam *magnetriam* (ſi ita loqui fas eſt) *vim* diffundant in appropriatas ſibi plantas; ut ideò etiam conſtanti *motu* vel *ſolem* vel *Lunam* ſequi videas, illa plantarum genera, quæ Græcis *Heliotropia* i. e. ſoliſequa, & *ſelenotropia* i. e. *Luniſequa* dicuntur. Brevibus, quæcumq; volui dicta ſunt, intelliges exinde, quod non tantùm virtus cæli & ignis ſubterranei in plurimas cogat alterationes terrenam molem, ut vegetabilia producat, ſed diverſas etiam iisdem infundat dotes atq; qualitates.

17. *DE MOTU SYMPATHETICO.* Unâ fideliâ hîc duos parietes dealbare certum eſt, poſtquàm recitavero verba congenera Jacobi Dörckes Jen. A. 1671. ſub præſid. *D. Henr. Linkens de Metallis eorumq; fodinis, th. 15.* De *Virgulâ Mercuriali*, divina, divinatoriâ, fortunatâ, & quæ alia ſortitur nomina, vulgò Wünſchel-Ruthe/ congrediuntur inter ſe *chymici* & *Phyſici*. Illi enim, & qui eorum partibus adhærent, ſingularem vim atq; efficaciam *Virgulæ* tribuunt; idq; propterea, quòd eodem creſcant & augeantur nutrimentô cum *metallis* arbores. Indeq; aſtrorum influxu cooperante inter

ſe

se sympathiam habeant, ut ideò *virgula* metalla quasi amplexu suô dignetur, sese ad illa inclinet, & quæ internis montium visceribus recondita sunt, nutu quasi & pulsu prodat. *Physici* contrà hujus *Virgulæ* nullam efficaciam statuunt, illumq; astrorum influxum, uti & commune arborum cum metallis nutrimetum planè non admittunt. (℞. Verùm hoc non omnes novit autor ita facete, sed *sobriæ Philosophiæ* studiosos *Sperling. Kirchmajer.* in disp. Ergò illorum quoq; ratiociniis autor magis credere debuisset, quàm nudo & mero facto seu consvetudinis, ut maleferiatæ, ita malesvadæ; utpote cujus respectu quoq; plura magica, ceu *Coscinomantia*, possent seu deberent valere. Dum non minus *cribrum* hariolor movendum, etiamsi abesset ceremoniarum apparatus seu parasceve,) Et cum superstitiosis gestibus, certis *verbis* adhibitis, certis *diebus*, *horis*, certâ *tempestate* desecari debeat, illius operationes pro superstitione & magiâ habent. Idq; ex his principiis, quòd omnis *actio* fiat *contactu*, quòd *verborum*, *figurarum*, *temporis* & universæ quantitatis nulla sit efficacia. Verùm cùm hæc res ad cathedram juridicam non pertineat, meritò hujus quæstionis decisionem *naturæ* scrutatoribus relinquimus. Nec jam disputamus, an virgula hæc divinatrix intrinsecâ suâ, an extrinsecùs adscitâ qualitate in metalla inclinet, an occultâ, an patente? &c. Solùm id quærimus: utrum ad modos inveniendi *metalla* licitos, an illicitos usus *virgulæ* referri debeat? utrumq; ex anteà relatis sententiis defendi posse videtur. Sed sufficiat nobis ejus hodiè in fodinis metallorum insignem & frequentem esse usum, de quô testantur omnes rerum *metallicarum* gnari, In hanc rem videri potest Dn. à Seckendorff/ d. l. n. 4. Hinc, modò absit superstitio in resecandâ & applicandâ illâ, virgulæ hujus nequaquàm reprobandus esse videtur usus. (℞. Sed si totus *usus* est *abusus* & omnes homines mendaces non tantum ratione, sed multò magis consvetudine. Ergò! *Bodinus l. 2. c. 1.* schreibt/ das er gedencke/ wie er vor 20. Jahren zu Pariß in einem stattlichen fürnehmen Hause gesehen habe/ das ein junger Geselle gemachet/ das ein SJEB/ doß er nicht angerühret/ ohne alle andere natürliche und verborgene Mittel und Weise/ in Gegenwart und Beysenn vieler ehrlicher Leute sich beweget und herum gedrehet/ nur mit etlichen Frantzösischen Wörtern/ welche er ein-

einmahl oder etliche gesprochen / welche aber doch Bodinus nicht setzet: Sondern um Ergerniß Willen / stillschweigende übergehet / und aussen lässet. Das aber ein böser Geist bey ihm gewesen / schreibt er / sey daraus zubeweisen / so das in seinem Abwesen auch ein ander eben dieselbigen Wort recitirt und gesprochen hat / ihm solches nach zu thun sich unterstanden / ist ihm aber nicht angangen. Quomodò per *Torpedinem* piscem, integri greges piscium *motu priventur*; mortui *motu cientis*, per *Echeneidem* navigia à motu sistantur, lege D. Marci in Philos. Vet. restitut. in fine, part. 5. p. 582. De Heliotropio Plin. l. 22. hist. N. c. 21. Kircher. de art. Magnet. pag 644. Harstorff in Epist. ad Dilher. Welt-Feld und Garten-Betrachtuug. De *torpedine*, Remorâ, &c. *Joh. Ern. Burggravius in Biolychn. præfat. p. 6. Ursinus in acerr. Philol.* §. 243. *p.* 211. *Monachus marinus*, pisces, aut monstra sunt in mari Norwegicô, facie humanâ, tecti cucullô. Eorum si quis capiatur, obstupefiunt nautæ, *manuumq;* orbati usu ita obtorpent, ut nec remos ducere, nec vela expandere possint. Congeneres, quia catervatim vagantur, fremunt circa naviculam aut lembum piscatorum, ac nisi quàm primum dimittatur captivus, præsens omnibus periculum imminet. Olaus Magnus l. 21. c. 1. Non audet stygius Dæmon tentare &c.

De Tremore, vel Motu Trepidationis, item palpitatione; quæ contingit vel 1. Miraculô: 2. Appræhensione, ut dicitur, pennæ Ciconinæ, seu occisione felis. 3. Naturâ peculiari, ubi per integram ferè familiam quandoq; tremuli sunt. 4. Venereô actu. 5. Seniô. Trepidas manus habuit Joh. Rehef. D. Med. & Reip. Consul. quia fuit paralyticus & apoplecticus, scribente *Tissenio* Lips. in chartulâ quâdam. Miraculosa Trepidatio: *Gerhardus in Genes. cap. IV. quæst. 3. p. m. 149.* Quale fuerit signum Caino impressum? Socinus Epist. 4. ad Radecc. pag. 173. talem profert interpretationem: Verbum quod posuit redditum ab aliis est, inveniri significare posse etiam dedit. Vox verò, quæ reddita est in *Cain*, sive in Caino, vel ut ab aliis factum super *Cainum*, potius *Caino* dandi casu reddi debuit. Vox deniq;, quæ reddita est, signum & indicium & miraculum significat, ita ut intelligi possit, DEUM miraculo aliquo ipsi Caino edito illi ostendisse, id verum futurum, quod ei pollicebatur,

nem-

nempe non fore, ut quisquam eum percuteret. Sed dura est Catachresis positum accipere pro datum. Quidam ex Rabbinis accipiunt de stigmate fronti impressô, quidam de cornu enato, quidam de cane præcursore individuo, quidam de tremore corporis, quod postremum probatur. Chrysostomus homil. 19. in Gen. & August. 12. contra Faustum, cap. 12. Omnes ferè consentiunt, inquit Lutherus, signum hoc in Caino fuisse vehementem tremorem capitis & omnium membrorum; interim tamen quale hoc signum fuerit, non habetur in sacris literis: potuit igitur esse aliud, sicut in homicidis videmus, statim eos mutare oculos. Ex *Metu* Qvistorp. ad Jes. in annotat. bibl. c. 35. p. 598. b. Confirmate *manus* remissas. Similis ex metu trepidantium descriptio Ezech. 7, 17. c. 21, 12. Hab. 12, 12. Si. *Virgil.* extemplò Æneæ solvuntur frigore membra. Artificiosa trepidatio exprimitur à *Taubmannô in Plautum p. m. 1431. ad Act 2 sc 7. v. 63. Truculenti. Manu niceris. Turneb lib. 24, 17. Nicere,* á quô deductum est *nictare,* quod nusquam alibi, quod sciam, reperitur, significat signum facere: ut *manum movere,* aut eâ minari &c. MSS. cam. & vett. & pleriq; *viceris.* Scalig. in Conject. leg. moriêre ocyus, si viam imbiteris.

GE. Quid? viam imbiterim? ST. facq.

V. N. *Epidic. & capt. act. 3, 5. Meursius,* probat, quod est in *Paris.* si *manum* injeceris. GE. Quid *manum* injecerim? Quod avidè obsorbuit *Pareana* editio pr. At. *Palmer.* hæc ita legit & distinguit.

Emoriere cocio, si in *manum* biteris,
GE. Quid *manum* biterim? ST. Vah quò ivisti? mane:
jam ego te heic
Off. c. GE. occidi oppidò: captio est:

Vocabulum *cocionis* contumeliosum *V. N. Asin. act. 1, 3. & Mil. act. 3, 2.* Et hoc quidem quid sit, ire, venire hosti in *manum,* scholæ sciunt. *Sallustius* ita: cupere prælium in *manibus* facere. *Virg.* Martem in *Manibus* esse: in *manibus* Mars ipse, viri. &c. *Tibull.* l. 1. Eleg. 6. vers. 78. post victa *senecta* ducit inops tremulâ stamina torta *manu.*

18. *DE MOTU THEOLOGICO.* De Tractu Theol. Joh. 12, 32. Vide Disp. D. Hier. Kromayer, Lips. Prof. 1667. De Tractu homi-

num ad Christum exaltatum. Svaviter equitat, quem gratia DEI *portat*, *Kempisius l. 2. de imitat. Christi c. 9.* Olearius in Notis ad Manual. August. p. 364. ex Dannhav. P. 1. Lact. Cat. p. 86. homil. part. 1. p. seq. Disp. Heilbrunneri A. 1652. de magneticâ Divinâ, ex Joh. 7, 84. Ursin. analect. part. 1. p. 300. & Scheurl. Phil. Moral. p. 342. &c. Mich. Abel. l. 1. carm. *Ganymedis inscriptio*:

Quo tamen hæc pueri cælô tendentis imago?
  Ungula quem pandi fert *aquilina* pedis.
Infantem præferre, fide mutante, nec esse est,
  Si quis ad *alta vehi* regna salutis amat.

Alciatus pag. 23. Emblem. 4. Cur à Jove in cælum raptus Ganymedes?

Aspice ut egregius puerum Jovis alite pictor
  Fecerit *Iliacum* summa *per astra vehi.*
Quisne Jovem tactum puerili credat amore?
  Dic, hæc Mœonius finxerit unde senex?
Consilium, mens, atq; DEI cui gaudia præstant,
  Creditur is summo *raptus* adesse Jovi.

(Exod. 19. Ich habe euch auf Adlers Flügeln getragen) Tractum id ex Xenophontis symposio, quô locô ait *Ganymedem* non corporis, sed animi causâ in cælum à Jove translatum: quod ipsum nominis ἐτύμῳ significari tradit. Nam Γανυμήδης dicitur ὃς γάνυται μήδεσι, qui divinis consiliis lætatur, ex quô illud Homericum torquet, γάνυται δὲ τ' ἀκούων, lætatur audiens, & aliô locô, πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς: Edoctus animô consilia, id refertur ad hominis contemplatorem animum, qui relictâ corporis secretione cælestia rimatur, intento mentis oculo: quod ipsum sine *raptu* non fit, ut observant philosophi veteres. Confer Owen. p. m. 76. l. unô Epigr. 7. A centrô ad circum non unica linea ducit: A terrâ ad cælum fert tamen una via. Vide ibi comment. in edit. nostrâ, Casp. Merclin. p. 18. MS. apud Owen. de Scalâ Oweni. l. 2. Epigr. 14. p. 140. Henning. Mejer. p. 63.

De vanitate Mundi, ex August. in Pſ. 85, f. 940. cujus verba ſunt: Frumentum levares in ſuperiora, cor leva in cælum. Et unde, *inquis*, poſſum? qui funes, quæ machinæ, quæ ſcalæ opus ſunt? gradus affectus ſunt: iter tuum, voluntas tua eſt. Amando *aſcendis*, negligendo *deſcendis*. Stans in terrâ, in cælô es, ſi diliges DEUM. Non enim ſic levatur *cor*, quomodò levatur *corpus*. *Corpus* ut levetur, locum mutat: *cor* ut levetur, voluntatem mutat. Quoniam ad te, *Domine*, animam meam levavi. De *Scalis cæli*, Fide, charitate, ſpe, owen. p. 206. l. un. Epigr. 259. Petrus Winſtrupius in Epigr. p. 189. Cor ſurſum fertur per preces:

Sicut aves teneræ tolluntur ab arbore ſurſum
Alarum motu, qui quaſi remigium:
Sic à ſublunaribus ad cæleſtia ſurſum
Cor transferre potes, per pia vota, tuum.

Confer p. 141. De elatione ad cælum. *Eſa. 14, 12. Matth. 11, 23.* Nunc dimittis, *Domine*, ſervum tuum, weil die überſetzung ſecundùm ſenſum, non verbum damit verfähret / wenn ſie lautet: HErr nun läſſeſtu deinen Diener in Friede fahren: So kommen die Poſtillanten weiter / und machen ein gantz Fuhrwerck draus / dabey ſie dem Wagen / Rädern / Pferden / Fuhrknechte / Peitzſche / ꝛc. beſondere Nahmen geben; da doch die Authentic von dergleichen Elias Wagen nichts gedencket / noch vom ausſpannen redet / als andere es geben und damit zu allogoriren fortſchreiten. Was mehr iſt / ſo eyferte Anno 1679. 2. Febr. auf Lichtmeſſe ein Pfarrer drüber / daß die Gottloſen Welt-Kinder / wenn ſie auf ihre Schellen-Schlitten ſteigen / unverantwortliche weiſe ſprechen: Mit Fried und Freud ich fahre dahin / in Gottes Willen / ꝛc.

19. *DE MOTU VIOLENTO.* B. de Montaigne in primit. Epigramm. 46.

Utilitas *ducit*, fatum *trahit*, *illa* volentes,
Hæc etiam invitos ſæpiùs ire jubet.

SECTIO VI. Quænam ſpecies Motûs hîc regnet, ex ſuperiori-

oribus jam ſat claret. A quô autem principio proveniat, detexit in ſimilibus *M. Joh. Müllerus, Facult. Philoſ. Adj. Witeb. 1676. de Magis tempeſtates cientibus. th. 8.* Ita etiam opinantur, verbis, figuris, characteribus: imagunculis, ceremoniis, ſpeculis, *CRIBRO*, & aliis morbori, inferres *furtô* amiſſas recuperari, & alia plura præſtari poſſe. Referunt, in *imagine* cereâ aliave *aſſari* aliquem poſſe, configi, item ſurdum, paralyticum, cæcum, claudum, impotentem ad venerem reddi: nullum item morbum poſſe nominari, qui non tollatur aut ♈. ſigillô, aut ♉. aut ♊ aut aliorum *Zodiaci* ſignorum. Quando ſagæ ad ſua conventicula cupiunt tranſportari, tunc primò inclinationes certas præmittunt, circulosq; aliquos faciunt. Deinde adhibent unctionem ex variis rebus inſulſis confectam, quâ inungunt crura, aut baculos, ſcopas, aliáve inſtrumenta, quibus *transvehuntur*, aut ſaltem *transvehi* ſe credunt. Deniq; pronuntiant, verba hæc: Oben aus / und nirgend an! plura adducere nolo: ſed ubiq; fraus Diaboli ſubeſt, uti anguis latet in herbâ. Si ſequuntur hos ritus veri effectus, ſunt illi à *Diabolô* μυριοτεχνίτῃ & κακούργῳ, non *autem ab iſtis vocibus & ceremoniis.* Cæterùm ſimilem curioſitatem deſcribit *Bodinus* apud autorem *horib. hiſtor. l. 2. p. 151.* Se audiviſſe ex Inſulanô Abbate Novalliorum Dominô, & ex nobili Polonô, cui nomen Privinski Legatô in Galliam, unum ex maximis Chriſtiani orbis Regibus, *avidum ſui exitûs* cognoſcendi, Jacobitam Necromantam ad ſe accerſiviſſe, qui confectâ Miſſâ & ſacratâ hoſtiâ, primogenitum quendam decennem puerum, ad hoc comparatum truncari juſſit capite: eô hoſtiæ impoſitô certas voces pronuntiaſſe, characteres, quos ſcire non attinet, adhibuiſſe, ac tum roganti, quid vellet, *caput* duobus verbis reſpondiſſe: *VIM PATIOR:* illicò furibundum Regem indeſinenter clamaviſſe: tollite caput iſtud, & in eô furore exſpirâſſe. Non diſſimilis huic hiſtoria *THEODORICI* Imp. legitur, qui poſtquàm Symmacho cervices præſcindi curaviſſet, appoſito ad menſam ingente piſce, viſus eſt ſibi videre caput Symmachi & furore correptus paulò pôſt vitâ defunctus eſt. Quis a. duas illas voces in os pueri inditas fuiſſe à DEO dubitet? Græcè enim latineq; puer neſciverat, & repentina tàm horrendi ſceleris ultio certè à Deo ſumta eſt: niſi quis fortè dixerit, ſpiritum pueri aut angelum prolocu-

tum

tum esse, & Regem excarnificâsse ad vindictam sceleris. Nam quò innocentior est sangvis, eò vindicta gravior.

SECTIO VII. Audivimus paullò antè, ex Satanæ scholâ promanâsse hanc *ALECTRYOMANTIAM*: sed quæritur, quomodò hoc quasi inficiari, & honestiori titulô salvare machinentur impietati addicti? Nim. percipies ab illis *PRÆSTIGIARUM DIABOLICARUM* excusationem vel cum

I. *P* ropudiò ex Physi Dæmonum, ut qui extremè mali nunquam ad bonum finem coöperarentur, vel usui essent humano generi.

II. *R* eligione Christianâ, à quâ Satan exsulat, & apud quam ejus insidiæ ne quidem sint præsumendæ securo Thêophilo.

III. *A* nimâ mundi, Archæi Cosmocratoris panurgiâ.

IV. *E* xemplô & imitatione *Josephi*. Vide de Coscinomantiâ, tit. G 4 b. *sacerdotum* lit. E. a. 1. ℞. Interim non minùs est Doctrina Dæmoniorum, cui non attendere debemus. 1. Tim. 4. 1. quia jubemur unicè verbo DEI attendere, tanquàm lucernæ, in locô caliginosô lucenti.

V. *S* equestratione omnium ceremoniarum superstitiosarum.

VI. *T* enore fati, ut à θεῷ & Providentiâ gravidi & inevitabilis apud universale vinculum, à corruptione creaturarum abhorrens apud consensum macro - & microcosmi.

VII. *I* ntentione non malâ, sed conatu inserviendi proximo, quâcunq; facultate expediri videtur.

VIII. *G* ratiositate, felicitate, probitate, gravitate &c. subjectorum, artem illam professorum. ℞ Si faciem videas, videntur esse quant vis pretii; aber daß sieso mehr können/ als Brod essen/ diß haben sie vom Henger!

IX. *I* nsuperabili necessitate, legis nesciâ, & absolutionis certâ, quâ adhærens malum morale physicè transsubstantiatur in bonum.

X. *A* strali influxu mirificô, & numquàm otiosô, sed semper suum coöperantem exspectante, & patientem inveniente.

XI. *R* erum creatarum omnium bonitate, quæ solummodò me-

 dia

dia sunt ingredientia ad producendum effectum & absolvendum apotelesma proficuum.

XII. *U* irium imaginationis impressione, seu fide naturali, vide Iatromantiam.

XIII. *M* edicatione naturali vel per tactum ex effluviis &c. seu similitudine aliarum mirarum & secretarum energiarum, sed ideò non statim suspectorum arcanorum.

XIV. *S* criptis publici juris & lucis à longô tempore. *Coscin. lit. H. 3. a.*

XV. *A* nalogiâ practicæ divinæ suffragantis. *Coscin. lit. C. a. 1.*

XVI. *T* olerantiâ Numinis, dum non ipse stygias dudum detrusit ad undas fulmine artifices tales.

XVII. *A* utoris (& inventoris primi) culpâ, conscientiâ, dammatione. &c. (was gehets uns an? da siehe du zu! der Wahrsager mags verantworten / er hat ia sein Gewissen selbst bey sich / ich gebe ihm mein Geld dafür / und laß also ihn dafür stehen!

XVIII. *N* egatione pacti cum Diabolô.

XIX. *A* rtificiosô per longam observationem & scrutinium inventô, *Is. Peirerius, vide Coscin. lit. c. 4. b.* & ratificante se cum eventu omnium rerum magistrô.

XX. *E* ustochasmô seu sagacitate connatâ mentis apud peculiares personas non frustrà obtinente, & se commendante.

XXI. *E* ntheô concursu, instinctu & commiseratione apud defectum aliorum mediorum: ministeriô geniorum, seu liturgicorum spirituum plenipotentiâ ad hominum salutem.

XXII. *X* enio legis civilis commendantis. *Coscinom. lit. H. 4. a. b.*

XXIII. *C* ommodô seu utili scopô, vid. *Coscinom. lit. G. 3. a. H. 4. a. & pollic. furtiv. p. 145.*

XXIV. *V* irtuali contactu per magnetismum naturalem.

XXV. *S* ympathiâ & antipathiâ, multa in recessu fovente, quæ curiosis revisentibus *Elevsis* gestit revelare.

XXVI. *A* diaphoriâ, hilfts nicht / so schadets nicht!

XXVII. *T* itulô honestô & plausibili.

XXVIII. *I* champion nternâ vi verborum peculiarium, naturâ ita significantium.

tium. (in herbis, verbis & lapidibus magna vis est *Theophrasto.*)

XXIX O peratione verbi divini adhibiti. *Coscin lit. E. 4. a.*

℞. Ex Jer. 4. Weise seynd sie gnug übels zuthun / daß ist / ihre gottlose verdamliche Händel zu treiben: aber wohl zu thun wollen sie nicht lernen!

Addunt hîc *dierum electiones*, ut quòd am Char-Freytage alnus ita flexilis, sit ceu salix. Sed nonne & aliis vicinis diebus?

II. *DE RELIGIONE CHRISTIANA*, exspecta nostrum *tract. de explosâ securitate secularium.*

III. *DE ANIMA MUNDI. Ludov. ab* Hornigk / *Doctor I. V. Med. & Phil. de jure regali postarum c. 21. p. 356.* Idem hic agnoscendus est *magnetismus* Naturæq; *Archæus*, invisibili modò per contactum invisibilem tanquàm verus homo internus (externum corpusculum movens) actiones atq; operationes longè meliùs externè edens, qui in gravidis hoc operatur & fabricat, ut super sepulchrum demortuæ gravidæ vel puerperæ ambulantes facillimè abortum aut in fœtibus στίγματα patiantur: nec impressio hæc gravidarum, prout quidam opinantur, nuda & phantastica *imaginatio* est, sed realis, per syderei hominis actiones perfectissimas rerum productio. Corpora mortua spiritibus mortificantibus prædita sunt. Quod verò non quilibet fœtus ejusmodi στίγματα gerat, causa est, quòd exaltationes *Archei* seu impressiones absq; externorum remotione non sint liberæ. Internus enim homo non agit, nisi ab externis liber sit, puta in spiritualibus, sydereis & olympicis actionibus, per contactum invisibilem. Hinc fons *Magiæ*, *cabalæ*, *ecstaseos* & similium secretissimarum artium fundamenta. Hinc rationes emendæ, cur *dysenteria* cesset, anô potentilla vel hederâ terrestri detersô, inq; camino, ut perfumetur, suspensò? cur lac veneficio corruptum (verzauberte / beherte Milch oder Gespind) si *oletô* humano misceatur, intra paucas horas bonitati restituatur. Cur hujus ipsius *oleti* beneficiô, brachium vel crus ut pes veneficiô perditus sanetur? &c. ℞. Sic puerperis laborantibus, fætum maturari ad exitum comminiscuntur potá *urinâ* mariti: liberorum nocturnæ potationes inhiberi adhibitô & adbibitô eorundem *lotiô*. 2. scl. quando impurus spiritus sic suum ad votum

 expe-

experitur creaturam DEI inquinari, ceu *LAC*, hinc, interũ gratificaturus clienti, simulat expulsionem. 3. *Canis* morutus non mordet, & tamen cadavera humana sepulta præsumuntur sursum ex profunditate per aggestum aggerem operari? uti *gravidæ* credunt seu vivunt, sic *gravidis* fit per DEI efficaciam! Heîc demum vera fit Etymol. δεισιδαιμονίας nim. à σπατ. stercus. &c. *Arnold* Schröder / *pro Petr. Lauremberg. adversùs Anton. Günther. Billichium pediculosum & stercoreum Empiricum, A.* 1625. *in Flabellô* §. 8. Hæc ars transnaturalis quibus tandem instrumentis & remediis utitur? Cælo interno, animâ mundi Platonicâ, quintâ mundi essentiâ.

IV. *DE IMITATIONE SANCTORUM. Salomonem* fuisse Magum asserunt Turcæ, Judæi, Vid. *Wilhelm. Schickard. in Tarich. Persico p.* 57. qui saltem Physicum conjectat ex 1 *Reg. c.* 5. Vide *Kimchi*, 2. *Reg* 20. *Göorg. Cedren. compend. Histor. Joh. de Pin. l.* 3. *c. ult. l.* 7. *c.* 12. *Delrio, Göorg Venet. Joh. Henr. Hottinger Prof. Tigur. thesaur. Philol p.* 502. excusat. Conf. *p.* 533 *ex Reuchlinô*: adde *D. Christian Chemnitium, Prof. Thëol. Jen.* 1655. *de salute Salomonis, th.* 3. item *D. Joh. Meisnerum, Thëol. Witeb.* 1655. *in vita Salomonis curriculô,* § 137. *ex Josephô*. Vide *Trinckusium de Naturâ Nominum. Goldastum in confiscatione* der Heren = Güter. §. 6. *p.* 8. De *Salomonis* Magiâ lege *Mathes. Postill. fol.* 33. *Tom.* 3. am H. drey König Tage / in nostrô Hand = kauffe. *Camerar. cent.* 3. *c* 9. *p.* 24. 5. *Hor. subcis. Pererium p.* 34. *Pfuel. p.* 93. *Minderer. p.* 63. Quidam annotarat ad *Balduini Cas. conscient. pag.* 366. Salomonis nomen: Quidam etiam Ethnici scelera suis diis asscripsêre. Nam mitior autore est credita culpa DEO! *Frid. Tileman. I. V. D. de Evers. Rerump. lit. E.* locum, momentum instantis mutationis conjiciunt, nullô spiritu propheticô ducti; sed putant idem esse, sive probabili significatione applicetur prophetia sacra ad regnum aliquod, sive ad illud ipsum πράτως dirigatur. A *chemistis* exemplum adsumemus: nonne illi acriter insurgunt disputantes in *Ps.* 12, 7. describi principia *Chemicæ* artis, ubi in verbo Arabicô *Aludel* magnificè ampullatur *Roberti. Vallen. tract. de Veritat. & antiquartis Chemiæ*. Cæterùm quis sanorum patietur sibi persvaderi, *Chemica* principia vel à *Davide* cogitata fuisse? accommodari multa possunt, quæ, principali fundamentô studiosiùs explicatô

catô, falſiſſima apparent. Errori autem neq; multitudo errantium, neq; inveterata conſvetudo patrocinatur. *C. Graſ. compend. Log.* petunt id, quod eſt in principiô, qui compellati de horrendis erroribus & ſuperſtitioſis ritibus aut exemplô magnæ hominum multitudinis eadem approbantis, aut conſvetudine ſe tuentur; quiq; *Hieronymum* audire debebant graviter dicentem; *errantium multitudo non parit errori patrocinium!* Et *Bernhard.* cum rectè & ex verô dicit; quid non evertat *conſvetudo?* quid non *aſſiduitate* duretur? quid non *uſui* cedat? Primum tibi importabile videtur aliquid; proceſſu temporis ſi aſſveſcas, judicabis non adeò grave; *paulò pòſt* & leve ſenties; *paulò pòſt* nec ſenties; *paulò pòſt* etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiem itur, & ex illâ in averſionem!

V. *DE SEQUESTRATIONE SUPERSTITIONUM.* *Experientia* adeò infatuata eſt, & viciſſim infatuat, ut ubi *Campanella* videns horarum planeticarum obſervationem juxta *Priſcillianiſtas*, implicare cum *Aſtrologicis* aſpectibus ſæpe contrariantibus, ceu unô alterum tollente ſeu confundente, tamen *Electioni* dierum non voluerit potuerit nuntium remittere; ſaltem ex *experientiâ* credulum tentante: cùm tamen non minùs fundamentis adverſetur *Aſtrologicis*, & præterea quoq; de *planeticis* horis in promtu habuerit exempla. Vide *p. 183. de poll. furtivô.* modò quòd *horas* non adeò in ſe, quàm *dies* obſervare veritus fuerit. Ita d. l. *Hagenauer* tabulas *Planetarum* à Chaldæis acceptas videns in Chriſtianiſmô faſtidiri, ſimulavit quidem illis quodammodò eſſe denegandum aſſenſum; Verùm tamen quia tàm frequentem præſumſit (certè apud ſe magis ita tentatum, quam apud alium: denn wornach ſich einer hält / diß hält ſich wieder zu ihn / mirô nexu, ſymphatiâ. &c.) apud homines, ideò non prorſus contemnere dignatus fuit cacoëthes, quod diſſimulando veternum *Joh. Henr. Voigt. Stada: in aſtrolog.* mittel-Straſſe von Nativität-Stellen. *Num.* 25. *p.* 12. magis fecit. Wie einer gläubet / ſo geſchihet ihme! was der Gottloſe beſahret / dis wiederfähret ihme! worauf mag diß wohl ejusmodi ſuperſtitioſus anders und mehr ziehen / wenn ers nicht auf dergleichen principia zu legen würdiget: und doch gleichwohl ſonſten keine Phantaſteriſche hat / als die eben Gottes Wort auch alleine meinet? Idem d. l. confidit *Virgula*

Mercuriali, quia operatur apud ignarum ullius *superstitionis*. Verùm *Satan* se non tantùm transformat in angelum lucis, sed & concurrit ad actiones insciorum plurium, donec manifestetur ad intermittendum. *Diabolus* testamentum suum non sinit temerari, pudefieri aut infirmari omninò; sed ubi quocumq; modô honoratur, aut adhibetur instrumentum ipsius, neglectô reliquô cultu & ceremoniis, ibi se efficacem & fidelem præstat clienti devoto, seu conducto, seu spontaneo, vel etiam quasi ignarissimo & minùs suspicato imposturam. Meliùs itaq; est omninò intermittere illam curiositatem, & furculas arbusto linquere vividas ad nucum fructificationem, cui à DEO deputatæ sunt. Manus autem raptrices assvefacere ad metallum quærendum ex opere in sudore vultus. O dignam imitatione *apodixin*, præ probabilismô illô futili plutonicis furiis tradendô! Cupis porrò nosse principia & ansam *Electionis Dierum?* Ex Epistola Anno 1636. Den 12. Jul. seynd J G. von Brieg drey Ede-Knaben / alle fast Männlicher grösse / welche im Wasser gebadet / ertruncken. Nahmens Dobrezinskij / ein Boheim / Kotnoiz ein Schlesier / und der letzte ein Geschlecht Schuting / aus dem Fürstenthum Liegnitz / der vierdte Riebnitz von Dobergast ist noch davon kommen: Deßgleichen Fälle haben sich selben Tag mehr mit andren Personen zugetragen. Jst also ein Unglückseliger Tag gewesen. Diese drey von Adel seynd in der Vorstad begraben worden / auf S. Georg Kirchhofe. Rc. Wenn man böses thut / und nicht auf seinen Wegen gehet / so seynd alle Tage verworffen / oder unglückselig / etiam dies tentationis & insultus Diabolici, ac persecutionis humanæ, &c. Eph. 6, 13. nam hunc per ἡμέραν πονηρὰν credo intelligi, non *diem mortis*, *cum Schmidiô fol. 1182. b. d. l.* Animadv. N. T. confer Bergmanni tract. vom bösen Stündlein / vocatur ab eodem Apostolo *dies hominum*, cui contradistinguitur *Dies* Christi, *DOMINI*. Adhortatur autem Paulus ante tempora persecutionis ad studium armorum spiritualium *Milites Christianos*, ut fide vivâ vincant, & cum Antesignanô mundum superent contra oppugnaturos tyrannos, horumq; variorum varia missilia ignita. Cæterùm cogita, an ullus *Dies* transeat, quin interneciones & mortes violentæ alicubi locorum eveniant: num ergò omnes dies sunt infelices? vel num ita *horæ* sunt dissimiles,

miles, ut ſapientum *digiti* inæquales? *tu ais*, ego *nego!* Et quid accuſationis & inſimulationis *malitia* mereretur *dies*, qui infert ſaltem alicubi aliquod infortuniū? oporteret certè *ubiq;* terrarū idem inferre *omnibus*, ſi illi *priſcillianiſticè* satageret ad ſuſpicionem talem. Num porrò ſufficis ſeu audes in *maleficum* v. g. *ſuſpenſum*, ſeu *ſucidam*, ut, proh dolor! habuimus jam *Lipſiæ* An. 1680. 8. Mart. in piſtoritio ſodali, ſe ipſum cum enſe transfodiente & jugulante, in plateâ *Petrinâ*, noctu, cumulare *Diei* infelicitatem? certè culpam ſoli aſſignabis reo, dum acceptum fers malum pœnæ moralitati pravæ ſcelerati hominis. *Euge* bonum dictum, & pro *die* intercedens judicium univerſale: ſi modò perſvaſum habebis, dari & judicia occulta, ut reatus abſtruſos; (de quibus *D. Dannhauer. p. 496. Explicat. Pſal. 91.*) & nulli non malè pereunti deeſſe, malum fundamentum. Confer noſtram *Chronomantiam*.

VI. *DE FATO*, exſpecta tract. de Θεΐοις.

VII. *DE INTENTIONE NON MALA. Pomarius in colleg. ſynopt. Phyſ. Diſp. 13. poſ. 2. §. 3. Thëophraſtus Paracelſus ſcribit. l. 1. Phil. Sagac. c. 6.* Naturam vires ſuas in verba imponere, ſicut in herbas & radices. *Fernelius l. 2. de abd. rer. cauſis* ſcribit, ſangvinem è naribus profluentem ſiſti poſſe his rythmis: ſangvis mane fixus, ſicut Chriſtus pro te crucifixus! Sangvis mane in venis, ſicut Chriſtus pro te in pœnis! *Ignatius Lojola* verſu illô Virgilianô fertur à ſuis Diabolum ejeciſſe: *Speluncam Dido, Dux & Trojanus eandem* &c. Cui *Dæmon* reſpondit, ô Fili Lojola, tu ceu Leo me ad ſpeluncam inferni abire cogis! Haſenmüller Hiſt. Jeſuit. c. 8. p. 406. Sic putant in Imagine cereâ aliave aſſari quem poſſe, configi, item ſurdum, paralyticum, cœcum, claudum, impotentem ad Venerem reddi: nullum item morbum poſſe nominari, quem non tollere valeant aut *arietis* ſigillô, aut *tauri*, aut *Geminorum*, aut aliorum *Zodiaci* ſignorum. Verùm *quantitatum* ex ſe nulla eſt efficacia! Nec verba conceſſa nobis à naturâ ad effectus producendos, ſed ad conceptus noſtros cum aliis communicandos. (℞. Quid mirum, *Diabolum* concurrere cum ſuis verbis, quàm DEUM cum ſuô verbô biblicô?) Neque verum eſt, ait *Scaliger Ex 349.* ab homine homini noceri poſſe verbis. Nam quis illū ea verba docuit? Non homo alius. Nā quis illū?

non

non cælestis intelligentia. Nam quis eam facere audeat autorē fascini? Ergò malus Dæmon! non ut hominem faceret potentiorem; sed ut ipsum deciperet credulitate: Atq; socium haberet tum impietatis tum externi exitii. *D. Balduinus* inquit, *l. 3. Cas. consc. c. 5. cas. 3 p.* 727. Non dubitamus eos, qui per nuda verba, vel etiam per characteres, *morbos* curare, aut alia mirabilia efficere audent, eos vel inscios cum Diabolô colludere, & Catalogo Magorum & incantatorum, quos *DEUS* in lege suâ exsecratur, accensendos esse. *Et c. 6. cas. 5. p. 798.* Qui artibus hisce delectatur (res amissas per divinationem magicam inquirendi) licèt *finem habere* videatur *bonum*, manifestare nim. homines sceleratos & res suas reposcere, lædit tamen conscientiam, dum inservit Diabolo: cum potiùs rebus omnibus carendum nobis sit, quàm in minimis maligno spiritui gratificandum. Nec *imago* facit res, cùm ab *imagine* operationes non fluant, sed ab essentiâ, cujus est *imago*. Nec effectus fit artificialibus futilitatibus; sed naturalibus qualitatibus. Quid? quod inter media producentia & effectum producendum proportio certa requiratur. Ubicunque autem inepta media adhibentur, & effectus nihilominùs sequitur, alia certè causa subest, & hic *Satan* ipse, qui non semper *ater* apparet, sed & candidus interdum, seq; transfigurat in *Angelum lucis*. Item cum spiritibus *familiaribus* aliqui utuntur *familiariter*, sapientiamq; ab iis, eruditionem, divitias, aliaq; petunt. &c. Quòd *intentio bona* non excuset peccata, lege *Joh. Jac Hermannum, Herborn. Prof. Thëol. 1613. Decad. 4. q. 2 §. 6. Illustr quæst. lit. 1. a.* Quia DEUS verbo suo nos alligatos velit, & cum mala facere non liceat, ut eveniant bona. Num. 25, 39. Rom. 3, 8. Adde, *bona* surrepta non nobis sunt absolutè propria: nec *DEI vindictam* & *judicium* occultum, quoad *fures*, nostrum facere debeamus, præsertim per *media* illa *illegitima*. Et quid ni *Magus* teneretur rationem reddere; cum & Majestati humanæ imputentur meritò *homicidia*, operâ sceleratorum hominum effecta; Dum in exercitu suô sciens volensq; homines artibus Diabolicis utentes alit, ut eô faciliori victoriam adipiscatur negotiô, hostesq; *incantationibus* impeditos, feliciùs trucidet? Vide *M. Luderum Menckenium, Lips. 1680 de Homicidiis*, quæ imputantur Majesti in bellô justô c. 2. ex H. Grot. De I. B. P. l. 3. c. 11. th. 19. Alb.

Gent,

Gent. De J. B. l. 2. c. 6. p. 260. &c. De Aſſyriis, Bactrianis, Bulgaris. &c. *Trinckhuſ. Diſp. de illic. ven. arm. in bellô uſ. th. 13.* De tricennali German. bello, &c.

VIII. *DE FELICITATE SUBJECTORUM.* Contrà ad *Ægid. Gelen. in prod. Thaumat. Phyſ. Probl. 2. pag. 18.* audet ſolâ captatione munerum ariolos (aurĕolos, ſeu æriolos) falſitatis arguere. Uti *M. Jac. Thomaſius de officiô hominis circa notit. Futurorum conting. coroll. 2.* *INFELICITATE* ex Alex. *de Angelis. l. 5. in Aſtrol. cap. 13. Lipſii monit. Polit. p. 65.* Contra Mariam Baclerum.

IX. *DE NECESSITATE*, exſpecta noſtrum tract. de ſequiori prudentiâ ſecularium.

X. *DE ASTRALI INFLUXU.* *And. Dinnerus Ict. de juſtô rerum pretiô definiendo p. 25.* Illud pervulgatum eſt, *Dardanarios* à *Dardanô* Magô quodam ſic dici, à quô & artes *Dardaniæ* (Confer mihi *M. Mich.* Ziegenhorn/ *in Medullâ ex Audomari Talæi Rhetor. p. 39*) pro magicis dictæ fuerint à *Columellâ, de cultu hortorum. l. 10.* (De quô tamen dubitatur an *Columellæ* ſit,) his verſibus: At ſi nulla valet medicina repellere peſtem, *Dardaniæ* veniunt artes. Quarum ſimilis illa eſſe exiſtimatur, cujus beneficiô *Thales Mileſius* prævisâ olei caritate atq; inopiâ, ut *Plinius* ſcribit *l. 18. nat. hiſt. c. 28.* Sed (ut *Ariſt.* tradidit *lib. 1. Polit. c. 7. M. Tullius l. 1. Divin. poſt. med. Diogenes Laërtius in vitâ Thaletis,*) prævisâ olei ubertate, conduxit officinas Olearias omnes, cum inſtrumentô, eoq; monopolio divitias brevi paravit; oſtendens facilè eſſe *Philoſophis* diteſcere, ſi velint. *Ariſtoteles, Cicero & Laërtius Thaleti* tribuunt, ex *Aſtrologiæ* cognitione hoc conjectanti, *Plinius* verò *Democrito*: à quô & *Dardanum* è Phœnice illuſtratum ait, voluminibus *Dardani* in ſepulchrum ejus petitis, ſuis verò ex diſciplinâ ipſius aliorumq; magorum editis. *Hieronymus Elverus in delic. apodem. p. 131.* Nec longè quærendi ſunt vaticinatores Aſtrologi, qui ex poſitu & inclinatione aſtrorum, & ſtellarum omnes mutationes rerum eliciunt. Ego hæc omnia explodo & derideo: Et dico *Aſtrologiam*, quæ de morte & vitâ, *fortunâ* vel interitu imperiorum vaticinatur, divini imperii majeſtatem diminuere, & idcircò nullô modô ferendam eſſe. Inanis illa eſt, exſanguis, inutilis, impia: atq; ideò à legum latoribus & imperatoribus ſeverè pro-

prohibita, imò etiam à scholâ medicorum à Juliô Alexandrô ejecta & exterminata. Canones quoq; meritò istam fucatam artem damnarunt. *Balthasar* von Grünendem Walde/ *l. 17. Epigramm. 22. de* I. *D. Astrolog.*

Nobili in ignoto, an genitus sit quô patre verô,
Matre nothus, postquàm quæreret Astrologum:
Respondit, si vis hoc noscere, quærito matrem:
Scit melius mater, omnibus *Astrologis.*
I nunc mendacem, posthæc & dicito vanum,
Anne semel verum dixit hic *Astrologus?*

Pfuel de Magiâ c. 3. p 28. ex *Fl. Illyric. cl. Script. p. 1.* scientia divinandi, quâ homines non sine operâ & commentô *Diaboli* dementantur, &c. Huic isthæc *Magia* in acceptis ferenda est, non syderum constellationi, nim. si ☽ & ☿ in ♍ & ♏ fuerint. c. *Cl. Ptolemæum. Quadrip. l. 4. c. 3.* quæ in voluntates hominum imperium exercere δεσποτικὸν non potest. Sed ipse est, qui κακοζηλίας stimulo hisdem visionibus, quibus DEUS optimus ter max. manifestavit se, alludit suis proterviter. *Olearius* in Persian. Reise. l. 5. f. 630. Quòd Persis superstitiosæ genti, dicantur quidam posse vaticinari citra notitiam *astrologiæ*, ut quibus *Mercurius* beneficus fuit in genesi. lege d. l. Medicum ex pulsu in carpo callidum conjectorem de cibis comesis, item de sortilegis Remel & Folkir fol. 631.

XI. *DE BONITATE CREATURARUM.* Apud *Joh. Indag. Physiogn. c. 6.* dicitur: Astrologos fingere, non linguæ vitio tribuendum *balbutiem*, sed *Mercurio* everso, & eo retrogrado. Fortè & sic *cribri* rotationem, & *pallii* vecturam perversus tali Mercurii desultorii conditioni imputaret. *M. Frider. Kornmannus, Witeb. 1627. de necessitate & conting. th. 17. De Fatô mathem.* si influentias cœlestes ita vocare placuerit, quas inficiari velle, est cœlo stellas demere, astris vim auferre omnem. ℞. Est potius petitio principii ad præjudicium fati Theologici, seu providentiæ divinæ: cui tamen tam sanctè, proh dolor! confidunt *Melanchthon in Physicis p. m. 24.* & exscriptor *Scharffius in Phys. p. m. 110.* cum *Magir. l. 1. Phys. c. 4.* Non

suffi-

ſufficit cauſam putare & credare, ſed & demonſtrare requiritur. Moralia mathematicis fundamentis tranſigere, eſt hic DEUM facere cauſam peccati, & injuſtum vindicem, ad nutum menſurantium aſpectuum! Quod *Italiæ* Fortuna dependerit ab *urſâ majore* tunc culminante, ut hodiè *Germaniæ*, ab eadem nobis imminente, vide *Valent. Forſteri Ict. de Hiſtor. Jur. Rom. l. 1. v. 1. De cauſis mutationum in imperiis. p. 2. &c. Georg. Wend.* von unbeſtändigkeit. p. 4. Sic ubi conciliator ſup. *probl. Ariſtot. ſect. 11 probl. 26.* refert, puerum regium poſt 24. horas nativit. eſſe loquutum, & mulierem ex melancholiâ in inſaniam verſam, ſubinde vocabula græca & latina ante nunquàm cognita eructâſſe. Et *Pomponatius* illud ad influxum cœli redegit: hoc ad humorem Melancholicum cum *Huartô in Scrutin. inger.* ibi *D. Martin. in Miſcel. Philoſ. Diſp. XI. c. 3.* Utrumq; extraordinariæ DEI actioni attribuit, ut quæ ſingulare aliquid voluit præmonere; uti ex aliis multis manifeſtè conſtat. Cæterùm veneficorum media ſunt vel 1. Abuſus S. ſacræ, rerum ex templis. 2. Benedictiones, impreationes. 3. Chracteres, ſigilla, circulationes. 4. Decocta. 5. Eulogiæ, laudationes. 6. Flatus, aſpiratio, exſpuitiones, afflatus ut aſtragulorum apud Olear. Itin. Perſ. 7. Geſticulationes & proſtrationes corporis, Pererius de Magiâ pag. 39. 8. Herbæ per certa loca diſpoſitæ. 9. Imagines cereæ, metallicæ, &c. 10. Klanculariæ ſurreptiones, Mutuationes, obviationes. 11. Ligaturæ. 12. Membrorum humanorum alligationes, circumgeſtationes, menſtrua, cacationes, ſanguis, ungues, anitergia. 13. Numeri. 14. Orationes, Murmurationes, Olear. in Perſiæ itinerar. Silentia, verba barbara, carmina, rythmi. Obteſtationes. Pererius de Mag. p. 39. inſuſurrationes, ut Lapporum in aures rangiferorum, ut poſt cerrum intervallum ſubſiſtant currere. Vide Schefferum. 15. Pili, oſſa &c. In terram, ſub liminibus, in biviis defoſſa. 16. Quaſſationes tunicæ, ſacci, rotæ; urnæ, cribri, ollæ. 17. Retrò jacti lapides. 18. Sparſio liquorum & pulverum noxiorum, ſive in aërem ſive in terram, transplantationes. 19. Temporum electiones. 20. Virgulæ Mercuriales, furcæ, baculi, cornua. 21. Vultus, intuitus infenſus. 22. Xenia, (ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα. 23. Zooſcopiæ, auguria. &c. *Jac. Martini, lib. 3. Diſp. Miſcell. p. 684. &c.* His nullô modô præ-

ſtari ea, quæ perſvadent Magi, rationes demonſtrant ſequentes. (1.) Principia definita, quibus res in naturâ ſecundùm eſſentiam ſuam mutantur, ſunt anima nutriens & *elementa*. *Cœlum* autem univerſalis cauſa eſt. Et *anima* quidem mutat res, & generat per calorem animatis inſitum. *Elementa* autem per qualitates primas, quibus ſummis prædita ſunt. *Temperamenta* verò quæ refractis qualitatibus elementorum nata ſunt, alterandi facultatem tantùm obtinent. Quod ſi ergò ſolis his principiis mutationes naturales perficiuntur; characteribus, figuris, Orat. carm. geſtibus &c. Nulla agendi efficacia tribuenda eſt. (2.) Non agunt promiſcuè res quælibet inter ſe nec patiuntur: ſed illa demum, quæ *genere* ſeu *materiâ* conveniunt; *ſpecie* diſſident. Unde apparet, quæ *corpus* tempore mutant, *animi* affectum primò inducere non poſſe: nec *animi* affectum unius *corporis* noxam crëare alteri. (3.) Nulla fieri poteſt actio ſine *contactu*, quó ipſa irritatur actio. Et quoniam agunt quædam per medium, quædam ſine medió: etiam *contactus* rerum aut mediatè aut immediatè fit. Ergò quæ in terram aut ſub limine defodiuntur, quæque hîc illic diſponuntur, niſi manifeſtam aut venenatam qualitatem emiſerint, prætergreſſis officere nequeunt. Multò autem minùs, quæ ad multa milliaria à magis parantur, abſentibus poſſunt eſſe noxæ. (4.) In agentibus & patientibus niſi ſit proportio virium, effectus non ſequitur novus, ſed quod imbecillius eſt, deſtruitur & convertitur in naturam validioris. Quarè aqua quæ profunditur à Magis, ſufficiens non eſt, ut reſoluta in *vapores* generet pluviam. Nec pulveres & liquores noxii quacumq; ſparſi cuivis obvio inficiendo ſunt. (5.) Cum nihil unquam factum ſit, quod fieri non potuerit: cumq; potentia paſſiva unius materiæ & ſubjecti patientis propria ſit: certè ut effectus erumpat, ad quem patiens aut ſe ipsô expeditum non fuerit, aut ab agente expediri promtè non potuerit, impoſſibile eſt. Imò ad exortum cuilibet formæ, potiorem partem confert materia. Quòd quidem de formâ, quæ καθ' ἕξιν inhæret, potiſſimum intelligatur: ad σχέσιν non eam, quæ eſt ἐν τῷ ποῦ, qualiscunq; facultas ſubjecti, etiam indefinita, aliquando ſatis eſt. Quod ſi *ita* ſe habet, nullum in corpore morbum, nullamq; mutationem, ſolâ externi motoris impreſſione, & ſine omnis corporis ipſius propenſi-

pensione insitaq; labe generari existimandum est. (6.) Voluntas humana agit, excitata cognitione & liberè agit. Quod si *excipias* actionem, quâ de negotium est, *Magicam* esse, & propterea minimè astringendam legibus *naturæ*; nihil est! in quæstionem enim venit, an modo, & necessitati *naturæ* eximenda sit? Et cum effectus ipse sit res *naturalis*, cumq; etiam id, quod â *Magô* subordinatur agens, aut sit corpus naturale, aut res secundùm naturam: quidni actio ipsa ad canones & statuta naturæ revocanda & æstimanda sit? &c. Martini d. l. sic *Nic. Remigius l. 1. Dæm c. 25.* Peculiares recitat gesticulationes, quibus utuntur ad ciendas *pluvias*, quasi aptas natas seu influentes in effectum hunc: Sed ne decepti tàm facile suspicentur dolum apud invariatos Motus & modos. Ita animadvertimus simiam DEI imitari gestus prophetarum, ut non minus viderentur cum tamen ejusmodi plantasticæ machinationes æquè imponentes seu imposturæ sint, ac Fides experientiæ. *Gerhard. in Explicat. Evangel. p. 354.* De adminiculis Sathanæ: per schedulas, in quibus continentur ignota vocabula buflos, marthim, parchiman, per recitationem certorum rythmorum, per additas cruces & alia signa, per circulos pictos, per coctionem variarum rerum, per projectionem arenæ aut lapidum post tergum, per profusionem aquæ cum magnô impetu, per *bipennis* illisionem in trabem, per unguenta &c. Quòd sit sagacissimus *Astronomus* &c. Id. *p. 517.* Jesuitæ ad straminea arma homines perducere volunt, scil. ad herbarum quarundam sub *Johannis Baptistæ* festô superstitiosè collectarum ligaturas & alias res pueriles, atq; ridiculas. Quis autem non admiretur ipsorum stoliditatem, quando *characteribus*, & *herbis* vim depellendi *Diabolos* assignant? De characteribus res est planissima, cum teste *Philosophô*, *quantitatum* nulla vis sit, nulla efficacia. De *Herbis* etiam minimè res obscura est, &c. Non à naturâ: cur enim peritissimis naturæ consultis antè Pontificiorum tempora, de illâ nihil constitisset? cur non aliô, quàm istius festô, tempore sunt colligendæ, & foribus ædium imponendæ, si illam vim naturali habent proprietate? &c.

XII. *DE VIRIBUS IMAGINATIONUM. Ruthardus cosmol. pag. 170.* Magiæ dividuntur generatim in divinatrices & operatrices: hôc fere discrimine dispares: quòd *Illæ* ordinentur ad solam occul-

torum cognitionem (prohibitô modô) comparandam: *ista* ad aliquid opere externô vel obtinendum, vel removendum; *ambarum* vanitas deprænenditur; *partim* ex insufficientiâ causæ ad præsagium aut effectum intentum: *partim* ex inutili, ridiculaq; operationis circumstantiâ; ut si certâ *horâ*, definitô numerô, hâc aut illâ manu danda eleëmosyna præscribatur: *ambæ* insuper nituntur hisce 4. vanissimis fundamentis. 1. Est, Mundum & singulas *mundi partes animatas* esse, animâ intelligente, quæ ipsis vim sentiendi & intelligendi, adeoq; vitam & opera vitalia tribuat. 2. *IMAGINES* & characteres syderum aut signorum cœlestium sub congruâ sibi *constellatione* fabricatas in aurô vel argentô, &c. concipere vim *syderum* ad occultos & mirabiles effectus producendos, ad quos ipsamet *sydera* valent. 3. Animas humanas, quando vehementi alicujus rei *desideriô* exardescunt, habere sufficientem potestatem, ad imprimendam *verbis*, *scripturis*, *IMAGINIBUS* & *characteribus* vim quandam naturaliter efficacem, ad producendum effectum desideratum: modò illa verba & signum proportionem quandam & similitudinem cum effectu habeant, quæ in eô significando appareat. (4.) Solâ *voce*, *visu*, *tactu*, *afflatu*, *osculô*, *nudi linei applicatione*, vulnera & morbos curari, & hujusmodi alia mira perfici posse *naturaliter*. *D. Marci in Philos. Veter. restit. part. 5. p. 490.* ægrotare mens dicitur, cùm *imaginatione* aliquâ importunâ detinetur. Nam intùs latens, ut ait *Aristoteles*, prohibet cognitionem extranei, propterea quòd *IMAGINATIO* sit *figura* quædam mentis: unde ex unâ imaginatione in aliam non aliter, quàm ex figurâ in figuram mutatur. Ut itaq; eadem imaginatio utrobiq; resultet, necesse abesse illas ideas, quæ hanc prohibere vel abolere possunt; neq; aliâ imaginatione vehementi præventam esse. Ita enim S. *Adalbertus* quantumvis Romæ à sensibus alienatur, per *imaginationem* tamen recipit omnes illas species, quas corpus replicatum & absens sensuum ministerio alibi hausit. Quâ quidem ratione sensibus sopitis multarum rerum notitiam etiam longè dissitarum, si corpus benè sit dispositum, ad nos pervenire, non est dubitandum. Hâc ratione res rebus copulando, & certâ ratione côaptando, cœlesti *archeo* easdem disponimus: ejusdemq; influxu & semine geniali fœcundamus; unde *fœtus*

& *af-*

& *affectus* admirandi nascuntur. Estq; hoc unicum *magiæ* naturalis fundamentum. Referunt autem alii ad vires *imaginationum* seu *ideas* operatrices 1. Vaticinia. 2. Exarsiones. 3. Monstra. 4. Animationes ad victoriam per figmenta. 5. Ægritudines. 6. Septentrionalium animalium colorem album. Vide de Zonis. 1. *Averroes* cum suis putarunt, *prophetas* prædixisse forti imaginatione. *Alchymistæ* putant, aliquem certâ diætâ, cibô & potu posse obtinere virtutem *vaticinandi*; sic Apollonius Thyanæus dicitur temperatô victu ad tranquillitatem animi venisse: item quòd mediante speculô suô Magicô *Alchimusi*, futura annuntiaverit. Vide *Theop.* Großgebaur in Wächter-Stim̃ *p. 622. 623.* *Nagelius in chiromantia Meganthropi* omnem *imaginationem* à simili impressione cœlesti oriri vult. 2. *Trinckhusius de naturâ Nominum th. 33.* De placito *Gentilis de Fulgineo* super *Avicennam*, *Fen 2. Can. 1. c. 8. dub. 2.* *Calefieri* nos *imaginatione* ignis, frigescereq; posse *imaginatione* nivis, & nos ita affectos alios quoq; afficere posse statuentis. 3. *Hier. Elverus in Apodem. delit. Epist. 99 p 311.* &c. Accommodat huc puellæ *Lotharingicæ* successus, dum saltem persvasam & illam & regem populumq; esse putat, ut ita se gereret, superstitionemq; pondus addidisse apud necessitatem. Item Legatos Alarici R. Gothorum missos ad templum S. Martini *Turonæ* ut oblatis donis fortunam & exitum prælii sciscitarentur, simulasse se sub introitum audivisse dictum bibl. præcinxisti me Domine virtute ad bellum. &c. Huc redigit & prodigia, oracula, auguria, somnia, superstit. & divinat: quibus milites ad bellum & vincendi spem instigati sunt, ut quæ etiam robur animis addiderint. Sic Carolum M. ex omine adverso (dum *ignis cœlestis* tormenta bellica incenderat) contrarium conclusisse & obtinuisse. 4. *Jac. Martini. l. 9. Miscell. disput. p. 691.* *PERSVASIO* est, quæ persvaso forsan attulerit incommodum (vide ibi de vetularum intuitu, oculorum fascinatione, seu oculô reprobo.) Nam qui vetulam extimescit, dum malè compositum vultum intuetur, à quô sibi metuit malo, id suâ sibi cogitatione conflaverit: si præsertim seminarium illius aluerit. Nec enim leves sunt motus spirituum & humorum, qui intensâ *imaginatione* exitantur. Qui cibum sibi fastidiosum videat ab alterô comestum, etsi non odoretur, solâ *imaginatione* adigitur

ad

ad vomendum. Et sæpe, quæ aspectu vel auditu molesta sunt, animi usq; defectum inducunt. (R. Certè & omninò ex maledictione divinâ apud paradoses: secundùm quas debent adhuc dentes liberorum esse obtusi ob parentum comesos *omphaces:* non autem apud susceptionem legis unicæ divinæ: nam tunc quisq; portabit suum reatum vel peccati stipendium, & sibi soli habebit ad exedendum, quod intrivit.) Pueri quoq; *BACULO* percussi, & sævô vultu territi à vetulâ, in morbum incidunt, qui vulgò effascinati creduntur. Quarè non spiritus exitiosus ex oculis vetulæ effusus, sed pusillanimitas & pavor aspicientis, si quid aliud, morbum inferre potest. &c. *M. Trinckhusius de naturâ Nominum th. 33. Auger. Ferrerius, qui l. 2. Meth. c. 1.* hanc curandi efficaciam non verbis adscribit. (Vid. *Conring. introd. in art. Medic. c. 11. §. 16.*) Sed animo Medici confidenti & cum patiente concedi. Nam quamvis non nihil in curando præstare videatur fiducia & diffidentia: per accidens tamen valetudini prosunt & nocent, cùm potiùs id omne *lætitiæ* & *tristitiæ*, qui affectus animi ex illis oriuntur, acceptum ferendum sit. Hæc enim pathemata maximam vim habere atq; ad conservationem & destructionem valetudinis plurimum facere, omnibus est notissimum. Quod verò simul de imaginatione ac persvasione *Medici* ait Ferrerius, apprimè est absurdum! Quod in *Frisiâ* non emittat *Vacca* apud emulgendum lac nisi adsit vitulus aut ejus pellis, testis est *Corn. Kempius in Frisiâ.* M. Joh. Sperling. Witeb. 1643. Disp. de Viribus imagin. th. 29. Testatur experientia, plurimis de *peste* cogitantes in pestem incidere & eâ corripi. Phantasia enim humores malignos in corpore latitantes movet, qui moti pestem inducunt. Quando verò humores ejusmodi venenati non adsunt, pestem etiam sola imaginatio inducere nequit. De curatione per phantasiam, Sennertus de cons. & diss. Chym. cum Galen. c. 14. p. 233. D. Sam. Pomarius, Witeb. 1649. Disp. 1. de Noctambulis. §. 13. Fructus austeros comedentes qui spectat, horrore perfunditur. Non nulli ad supplicium ducti virgæ aut lintei madidi ictu exspirarunt. De nauseâ & vomitione præ visô poculô medicinali, Libavius part. 2. singul. pag. 139. Fienus de vir. imag. conclus. 23. De stimulô veneris, micturitione, &c. M. Joh. & Mich. Bartholomæi Lips. 1648. De pandiculatione, th. 9. ex

Came-

Camerar. hor. ſubceſ. cent. 1. c. 54. Lev. Lemn. de Occ. N. M. lib. 4. cap. 7. & 18. l. 1. cap. 4. Keckerman. curſ. Philoſ. Diſp. 14. quæſt. 11. Sperling. inſtit. Phyſ. l. 8. p. 1199. De oſcitatione inde ortâ,) M. Wolffg. Waldungus. Ambergæ. 1619. in Lagographiâ. c. XI. pag. 30. De albedine animalium ex frigoris impreſſione, ex Bonam. de alim. l. 2. c. 30. Jul. Alex. de ſalubr. l. 12. c. 12. Cardan. in Hippoc. de aëre &c. lect. 5. 87. t. 7. De picâ gravidæ. &c. Nagelius d. l. lit. C. 1. Joh. Jac. Herman. Herborn. illuſt. quæſt. decad. 7. q. 1. §. 3. ex Hieronymô de conceptione: confer ibi de baculis Jacobi variegatis; Gen. 30. Gerh. in Geneſ. p. 584. præced. M. Joh. Wolffius, Lipſ. 1626. Diſp. De teratoſcopiâ, th. 7. ex Avicenna. l. 5. de animal. De gallinâ aliquandô, dum ovis incubaret, milvi aſpectu perterritâ pullos milvinô capite excludente, de Mulieribus leporis imaginatione parientibus *lagochilos*. (Haſen-Scharte.) M. Thom. Sagittar. illuſt. quæſt. q. 1. Decu. 8. cap. 5. queî fiat, quòd plerumq; ſoboles ſimilis ſit parentibus? ex Scaliger. Exercit. 2. Ariſt. de pl. p. 119. Andr. Laur. l. 2. Anat. c. 12. q. 30. Fortis, inquit Avicenna, *imaginatio* ſpiritus aërios, & natura ſua nobiles ſtatim movet: hisq; optatæ rei ſpeciem inſculpit: Spiritus ſanguini proximo fætus alimento permiſti

Spiritus ſangvini proximo fætus alimento permiſti eandem figuram imprimunt. Vehemens igitur cogitatio, dum Spiritus vehementer movet, in illis rei cogitatæ figuram depingit; quam illi effingunt in ſangvine: hic autem nutritis à ſe imprimit membris cùm propriis, tum aliquando etiam alienis, & quod mirabilius παρὰ φύσιν accidentia non rarò tollit. Poſuimus membris propriis impreſſas imagines: omitto Dagobirti Regis cicatrices: non video Franciſci ſtigmata, quorum ille correptionem vehementer timet, alter Chriſti vulnera vehementius contemplatur. Dicam in corde Claræ virginis concretam crucifixi Domini Chriſti Jeſu imaginem? Referam quod refert de M. Gemtio Cippo, Val. Max. & Ovidius.

Aut ſua fluminea quam vidit Cippus in unda
Cornua, vidit enim, falſamq; in imagine credens
Eſſe fidem, digitis ad fontem ſæpè relatis,
Quæ vidit, tetigit: nec jam ſua lumina damnans
Reſtitit, ut victor domito veniebat ab hoſte:

Ad cælumq; oculos, & eodem cornua tollens.
Quicquid, ait, Superi, monstro portenditur isto? &c.

Aut, quod habent alii, dum taurorum pugnam victoriarumq; vehementius admirans, meditatur, in illa cura obdormiens noctem, manè corniger repertus est, non aliundè quàm virtute vegetativa, vehementi imaginatione stimulata, corniferos humores in caput elevante, & cornua perducente. Accipite in nostris Ecclesiis de Ignatio receptam historiam. Ignatius enim â tortoribus interrogatus, cur nomen JESU toties replicaret, respondit: hoc nomen cordi meo insculptum habeo. Post mortem cor ab ejus corpore avellunt, & illud scindentes per medium, totum cor inscriptum hoc nomen JESUS CHRISTUS literis aureis inveniunt. Anima nonnunquam per vehementem imaginationem, vel speculationem à corpore omninò abstrahitur: quemadmodum Celsus narrat de quodam presbytero: qui quoties collibuisset, auferebat se â sensibus; & jacebat similis mortuo, ut cùm pungeretur, & ureretur, non sentiret ullum dolorem, jacebatq; immotus, & sine anhelitu: hominum tamen voces, si altius inclamassent, tanquàm ex longinquo se audisse posteâ referebat. Passiones quidem animæ quæ *Phantasiam* sequuntur, quando vehementissimæ sunt; non solùm possunt immutare corpus proprium, verùm etiam possunt transcendere ad operandum in corpus alienum. Adest Empedocles Pythagoreus. Accedunt Arabes, qui tantum *imaginationi* tribuerunt: ut existimarint, animam virtute imaginationis sic extolli posse, ut non in proprium corpus modò, sed etiam in alienum agere queat. De exemplis autem rogo ut ipsi cogitationem suscipiatis: & præterea, quæ modo â nobis in medium sunt prolata, revocate vobis in memoriam, quæ sunt oculos interq; manus vestras, varia imaginationis effecta. Sicut enim *Proteus*, Natale annotante, modò in aquam, modò in ignem, modò in feras, modò in arborem, in volucrem, in serpentem se convertit: de quo illud Homeri & Ovidii.

Πάντα δὲ γινόμενος πειρήσεται ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ γίγνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.

Nam

Nam modò te juvenem, modo te videre leonem:
Nunc violentus aper: nuncquem tetigisse viderent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpè lapis poteras, arbor quoq; sæpè videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.

Ita etiam *imaginatio* varias rerum formas inducit: atq; ab Actæone sumit cornua: mutuatur à lepore labra bifida: à marmoreo simulachro pallentem saxi colorem petit: contrahit â murium intuitu idola, & á fragorum desiderio ideam concipit, illorumq; in aliquo membró effigiem prætereuntibus aspiciendam appendit. Etenim *phantasia* omnibus animæ viribus est adnata: phantasia omnes specierum similitudines fingit: *phantasia* apparitiones, visa, impressiones transmittit, *phantasia* omnes actiones animæ depingere, atq; externa internis accommodare potis. Idcirco si mulier toto gestationis tempore, ac novem mensium dicursu multa concipiat animo, & nullo non momento in diversas cogitationes rapiatur, oculis quoque in obvia quæq; continenter defixis, fit ut quæ in oculos influunt, & cogitationi infixius inhærent, in fœtum devolvantur. Actus enim agentium sunt in patiente prædisposito. Qua de causa, ut monet Ludovicus Vives, matres, dum uterum gestant, dent operam; ne quam admittant vehementem cogitationem deformis rei, turpis, obscœnæ; pericula item devitent, in quibus fœda aliqua visu species possit occurrere. Quod si eas occasiones adeant; præcogitent, quicquid possit oculis offerri: ne ex inopinatâ novitate noceat, si quid subitò aspexerint, unde contrahat noxam fœtus. Sunt qui de *aureo dente in disputatione ad imaginationis vim confugientes existimant: matrem prægnantem adhuc vidisse aurum, & ex imaginatione vehementi locum illum, quem tetigit digito, aureum factum esse.* Atq; cum aliud ex alio incidat, & apud omnes altum de illo sit silentium, quem Cromlovii Boh. his oculis vidi, his digitis attigi, in hac vola habui, & non tantùm exteriorem formam, sed & interiorem cavitatem considerare potui.

Ter nonâ VertIt natVraM Vespera IVnII,
aVreVs & præter Dens fLVIt oreVIros:

Et non modò multiplices, & operosas clarissimorum Philosophorum meditationes inani fefellit exitu: sed & ipsius pueri spes aureas miro imaginationis spectaculo in carbones vertit. Nam *imaginationis* tantam in prægnantibus vim esse didicimus: ut plerumq; colorem hujus rei, quam imaginatæ fuerunt, illi parti corporis, quam tunc manu digitisq; tangunt, inducat; igneum ex igneis, fuscum & nigrorum cerasorum, rubicantem ex fragrorum rubeorum forti imaginatione. *Johannes Brachmannus*. Hactenus *de virib. imaginationum*.

XIII. *DE MEDICATIONE PER TACTUM.* *D. Georg. Morhofius. Prof. Hist. Eloq. Kiloni 1674. de paradoxis sensuum, lit. A. 2. De universali sensu Campanellæ.* Multi scil. in naturâ *corporum motus*, tum interni, tum externi quos ad sentiendi facultatem reducere nulla nos ratio jubet. Cujus rationem formalem, quanquàm in *CONTACTU* solô ponit *Campanella*: ridiculum enim, *inquit*, esse, ideò sensum rebus negare, quod organis destituantur: Est tamen præter *tactum* aliquod principium ponendum, quô corpora sentire dicantur. Ex tactu enim solô demonstrari id nequit. Si ad animam mundi recurramus, quàm id longè petitum sit, quivis videt. Nam & ipsi à non paucis dica scribitur. Et si maximè esset, non inde sensus omnium particularum probaretur. Elementa sentire dicit *Campanella*, quia componunt corpora sentiendi facultate prædita, animalia scilicet. nihil autem esse in effectu, quod non sit in causis. Quô certè argumentô nihil colligitur; nam nec animalia proximè ex elementis composita, sed ex *semine* à corpore sentienti deciso. An verò prima illa animalia â DEO creata elementis sentiendi facultatem debeant, nec *Campanella*, nec quivis alius definiverit. Ac si res ita se haberet, ut vult *Campanella*, vereor ne Canoni illi litem moturi sint nonnulli. Nam *Gassendus* in librô suô de sensu, non contemnendis argumentis probare nititur, posse ex re insensili rem sensilem fieri. Nolo nunc dicere, quibus absurdis per hanc sententiam

fene-

fenestra aperiatur. Nam si quid occultius occurrit in naturæ Phænomenon, quod vel *occultâ qualitate, magnetismô, sympathiâ, antipathiâ* absolvunt, ac quidvis potiùs causantur, quam ut causarum rudes habeantur; novum nunc illis latibulum in sensu hoc rerum universali repertum est. *Campanella* certè viam hôc commentô ostendit, atq; omnia ista Magnetismi, sympathiæ exempla vulgò jactata, quanquàm magnam partem fabulosa & à recentioribus nonnullis ad manifestas causas reducta, ad probandam suam sententiam operosè adducit. Verùm non ignorantiæ tantùm, sed & omnium anilium superstitionum & præstigiarum magicarum velamentum est, ceu fini scripti potissimùm libri illi videntur: quorum extremus de *Magiâ* est, multa continens censurâ severiore digna. Nihil non est somniorum, divinationum, præstigiarum, fascinationum, incantationum, quod non istâ hypothesi velut orci aliquâ galeâ defendatur. Quam enim παράδοξα & errorum fœcunda dogmata illa sunt, quæ lib. 3 inculcat: *Aërem* esse spiritum communem, & deferre scientiam spirituum animalibus inclusorum ab alterô in alterum, *aërem* affici rebus præsentibus futurisq; atq; nobis communicare.) confer mihi heic *Joh. Christoph. Sturmium, Prof. Math. Altdorff. 1672. de corporum non impeditâ circulatione p.* 41. De materiâ subtilissimâ per universum diffusâ, *Aristoteli* φύσις τῷ τῶν ἄνρων στοιχείῳ ἀνκλόγως dictâ.

XVI. *DE TOLERANTIA NUMINIS.* ℞. Cunctabundus naturâ DEUS, GOtt kan wohl eine Zeche borgen / DEUS hominum sceleribus quandoq; connivet: GOtt siehet den bösen Buben bißweilen lange zu. *Lucan.* servat multos fortuna nocentes, viel böse Buben haben das Glück / das sie ungestrafft davon kommen. ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιον εἰς τὰς διφθέρας, serò Jupiter diphtheram inspexit. Sibylla: ὀψὲ θεῶ μύλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον. Serò molunt Deorum inolæ. *Plutarch.* GOtt ist ein reicher oder langmüthiger Wirth / der einem wohl aufs Kerbholtz zu borgen was anschreiben kan. *Plutarch.* Dii laneos habent pedes, GOtt kömmt langsam / aber sehr wohl. *Val. Max.* Lentô gradu ad vindictam sui divina procedit ira; sed tarditatem supplicii gravitate compensat. GOtt kömmt langsam mit der Straffe / er straffet aber hernach desto härter. Sufficit, se fore vindicem, verbô attestatum esse, omniumq; dierum vesperam non venis-

venisse, judiciumq; ultimum non præteriisse. Jam sequitur absurdior objectio. *Kortholt. de persecut. Christian. p. 94.* Quia pagani non tantum *Christum* accusabant, quòd ipse *Magus* fuerit, ex clandestinis artibus omnia Miracula perfecerit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina & remotas furatus disciplinas, uti loquitur *Arnobius l. 1. adv. gent. p. 25.* Cum quô hîc confer *Origenem l. 1. adv. Celsum*; sed etiam calumniabantur; Eum libros de artibus Magicis composuisse, suisq; tradidisse: ceu constat ex *Augustinô*, accuratè hoc vitium refellente, l. 1. *De consensu Evangelist. c. 8. &c.* Hinc fortasse in Christianos tanquàm Magicas artes à Magistrô suô edoctos summum illud supplicium usurpatum fuit, Conf. *Sect. 5. n. 6. Kortholt. p. 154.* Item Großgebaur in Wächter-Stimme/ *p. 629.* De Julianô, quasi *Petrus* & *Paulus* in Magiâ exercitati fuerint. Item quòd *Hierocles* librum ediderit de *Apolloniô Thyanæô*, quasi similia miracula patraverit, qualia Christus & Apostoli. Confer absurdorum Catalogum apud *Voëtium* part. 1. select. p. 367. posse DEUM præcipere, ut moraliter & spiritualiter mala, atheismum, Epicureismum, *Magiam.*

XVIII. *DE PACTO DIABOLICO. Ruthardus p. 170. Cosmol. sacr.* Pactum implicitum tribus fit modis. (1.) Si quis sciens & volens superstitiosis utitur signis, quibus scl. uti Magi solent. (2.) Si quis ignorans utitur ejusmodi signis, iisdem tamen usurus, etiamsi intellexisset eorundem usum malum, & prohibitum. (3.) Si quis utitur mediis suspectis, culpabiliter ignorans ea ad ejusmodi effectus neq; naturaliter, neq; supernaturaliter esse valida. *M. Joh. Sperling. Prof. Phys. Witeb. 1646. de Magiâ c. 7. verba, characteres, ceremoniæ, imagines, & sigilla ad Dæmoniacam spectant Magiam.* Vulgò illi, qui Magicis artibus suam navant operam, ne omni prorsùs rerum suarum munimento videantur destituti; ad verba, ad characteres, ad ceremonias & similia provocare solent. Hæc scl. ipsorum sunt κρησφύγετα. Sed quorsum hæc omnia spectant, nisi partim ad futilitatem, partim ad ipsam quantitatem? At unde *quantitas?* à materiâ: At materia principium passivum, non activum est. Effectus ergò non erit nobilior suâ causâ. Aliquam excellentiam effectui adsignare, quam causa non habeat, ἀφιλόσοφον est. Cum quidquid

quid habet effectus id à causâ suâ habeat. Ut inepti quidam sint, qui iis rebus aliquid virium tribuunt. In quorum censum referendus est Alexander Trallianus, qui Herculis erecti, Leonemq; suffocantis, & in *lapide* medicô insculpti *imaginem* annulô aureô inclusam & gestatam, *cholericis* mederi affirmat. Idem *calculosis, podagricis* & *febricitantibus* non amuletorum tantùm, sed carminum etiam commendat usum, citante illum Wiero l. 5. de pr. dæm. c. 19. *Plinius* l. 28. c. 2. ait: Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, M. varro prodagris, Cæsarem dictatorem, post unum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper, ut primum consedisset: id quod plerosq; nec facere scimus, carmine *ter* repetitò *securitatem itinerum* aucupari solitum. Hæc ille. Qui tamen ipse sub finem capitis, de his, ut libitum fuerit, opinari quemq; jubet. Ut etiam hôc in passu *Mizaldus* erret, quando cent. 2. aph. 93. *serpentem*, inquit, sistere coges, si hæc dixeris; Adjuro te per eum, qui creavit te, ut maneas; Quod si nolueris, maledico maledictione, quá Dominus Deus te exterminavit! Quid enim verba sunt aliud, nisi hominum opificia, ad *conceptus* communicandos, non ad *effectus* producendos formata? Satanæ scilicet hæc sunt ludibria, id quod probat exemplum cujusdam *subulci*, quod ex *Abbate Spanheimensi* allegat Georg. *Pistor*, Isag. in dæm. subl. Rem breviter ita contrahimus: Subulcus quidam *baculo suo* schedulam *S. Blasii* inclusit. Huic tantum tribuit virium, ut & remotô custode à *luporum* incursionibus tutum fore gregem, crederet. Præteriit aliquando *Viator*, videtq; dæmonem porcis adstantem. Cui, quid hîc agis, inquit, cum rosor & osor hominum aliàs sis teterrimus? Respondet ille: *porcos* sese stolidâ Pastoris confidentiâ adductum, custodire, remq; omnem Viatori narrat. Tandem hæc verba subjicit: ut libens semper DEI & sanctorum vices gero; ita & nunc libentissimè *S. Blasii* locô, porcos illi custodio, ut stultum hominem in suâ confidentiâ roborem, eoq; perducam, ut talem *Schedulam pluris*, quám DEUM faciat. Quæ ultima verba Auctoris sunt: Ex quô repetit Delrio th. 6. Disquis. Magic. c. 2. §. 1. q. 1. n. 11. Nôsti jam, unde *Motus* virgulæ Mercurialis, CRIBRI, galliq; &c. fiat? An. 1677. mihi referebat studiosus, se cum cordoliô aspexisse talem motum cribri, ubi amissi cultri causâ hæc dæmo-

nomæ-

nomania suscepta fuit. *Lutherus* lib. de abusu Missæ, dæmones ordinis inferioris vocat jocularios, quod præstigiis nocturnis homines terrent: alios leichtfertige und betrügliche Teufel. Vide *Barthol. Cassanaum in Catal. glor. Mund. part.* 27. *pag.* 217. De triplici ordine in infernô.

XX. *DE SAGACITATE. Plinius, apud Ruthard. in cosm. pag.* 172. Homini, uni animantium, luctus est datus, uni luxuria, & quidem inmunerabilibus modis, ac per singula membra, uni ambitio, uni avaritia; uni immensæ vitæ cupido, uni *superstitio*: uni sepulturæ cura, atq; etiam post se de futurô. Verùm addit *Jesuita*, quod *Plinius*, acutus quidem rei sit arbiter, secus autem *causa*; dum naturam, ceu inhumanum miseri hominis *novercam* accusat, &c.) Tentatio DEI ejusdemq; providentia est, si ante ruinam domûs vetustate morbidæ, *Mures* fugat; vel ut creator hos conservet vivos, reservetq; alii fini: vel ut eâdem operâ inquilinum admoneat, ne in jacturam vitæ consentiat, sed tempestivè rebus suis meliùs prospiciat. Non itaq; est, ut ex *mure* faciamus ζῶον μαντικώτατον, cum *Plin. l.* 8. *c.* 28. *Ælian. l.* 11. *ver. hist. anim. c.* 19. *Cic. l.* 14. *ad Attic. Ep.* 9. Seu illi prudentiā Physicam adsignemus, cum *Christian.* Krüger/ *Jen.* 1676. *De Muribus, eorumq; damnis, p.* 9. *ex Arist. l.* 8. *c.* 1. *l.* 9. *c.* 1. *Hist. anim. Thom. Wallises Disp. Ethic.* 6. 13. *Eckold. Comment. ad.* π. *lit. de Jur. &. J. §.* 4. *Plutarchô de solert. animal. Vossius* sanè saniùs animadvertit de Murium aufugio ante *Helices* submersionem, quia subtùs cavernæ citiùs aquis repletæ sunt. Non itaq; est, ut *Physicum* quid subesse terræ motui, sed similibus pœnis divinis judicaremur. *Joh. Gëorg. Lipschius, Colon.* 1669. *de honor. ordin. Scholast. lit.* 13. Aristippus interrogatus: quid *Eruditio* seu literarum studium utilitatis filio suo afferrent? resp. ex studiis hos capiet fructus, ne *lapis* super lapidem in vitâ sedeat. Prudentiâ & consiliis Themistoclis Xerxes bellô subactus ex Græcia expellebatur. Maxima laus *Timoleontis* est, quòd tantâ fuerit præditus prudentiâ, ut neq; ulla res gesta sit, de quâ prius sit decretum, quàm ejus sententiâ cognitâ. Ut inde rectè *sapientia* à Cicerone mater omnium bonarum artium, quâ nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius datum sit appelletur. ℞. Verùm queî idem Gentilis, immemor sui, l. 3. Nat. deor.

or, virtutem non acceptam fert DEO, sed industriâ humanâ comparandam expressè dicit: quia inde laudamur, uti consentit Seneca, contra *Horat. Epist. 18. l. 1.* & Platonem in Memnone, ubi donum DEI prædicatur *virtus*, neq; humanâ naturâ, neq; doctrinâ, neq; exercitatione conqvirenda. Vide *Plagiarismum* nostrum: Item *M. Casp. Lilium in comment. ad C. Nep. Themistocl.* quòd ab universali DEI gratiâ quidam Ethnici fuerint αὐτοσχέδιοι, extemporales & consilium in arenâ captantes. Cæterùm ut hîc sequestranda est *Vera* prudentia â *falsa:* ita *D. Joh. Marcus Marci, Med. Pragæ* (*An. 1676.*) *in Philos. suâ veterum restitutâ* ex verâ reddit falsam, respectu originationis irritæ. Itaq; quod Aristoteles summus ingenio fuerit, fatorum series concatenata effecit, quoniam & uterus & semen parentum, & cœlum ipsum suos favores in hujus conceptu & ortu contulit fœtui, & anima rationalis ex lege, quam ipse creator sibi posuit, eidem infusa fuit: at verò quòd inter animas nullô numerô definitas, quæ tum creari poterant, hæc & non alia corpus illud sortiretur, gratiæ donum fuit. &c. Longè verò magis hæc gratia abundavit in *Salomone.* Unde etiam *Jedid. Jah,* DEO *dilectus,* fuit appellatus. Quoniam non solùm sortitus fuit *animam* bonam, seu *corpus* ad ingenium & morum probitatem dispositum, quod fit per animam sensitivam: nam animæ rationales, dum creantur, inter se sunt æquales & veluti *tabula rasa,* in quâ nihil scriptum pictumve. Sed etiam ex eô, quòd fœtui Regio sit infusa, atq; ita Regiæ successionis capax. ℞. Ergò (quasi verò) parentes concurrerent ad sapientiorem animam generandam, quàm DEUS ad creandam. Ergò 2. sensitiva foret Magistra per se & ex suô recessu, rationalis verò Discipula: ubi novimus sensus esse saltem instrumenta unius ejusdemq; animæ, per quæ, adjutu *spiritûs* nostri seu *intellectus agentis,* se excolit ceu increatam corpori, ex parentum animabus per omnipotentiam plastæ. 3. Æqualitatem animarum accommodet autor ad moralia, ut communem fraternitatem, libertatem &c. Et præterea agnoscat DEI inæqualem distributionem donorum ad propensionem, inclinationem seu indolem; secundùm quam alius præpollet alteri naturalibus & ingenio, &c. Verùm minimè ad *Magica* præstanda, seu præstigias faciendas, ut *Huartus in Scrutin. ingenior. arbitratur* talem qui

 cer-

certum grandum *Melancholia* habet, omnia callere, posse peregrinas linguas loqui, &c. Cum quô congruit *Peyrerius*, quòd homines Magiça diuturnâ experientiâ potuerint ceu disciplinam excolere. Hominis opera, sunt naturæ latentis pernicillum, in unoquoq; quidem homine. *Hier. Elvero in Delic. Apodem p. 464.* Verum Magia non tamen quoad *effectum* sed *affectum*. Nec paginam utramq; facit cupiditas. Nam ut *Mala* est à Satanâ, ita *Bona* à DEO. *M. Andr. Frankenberger. Witeb. 1580. in orat. lit. B. 1.* Quemadmodum prospera valetudo: crasis& constitutio corporis laudata & justa: pulchritudo & forma luculenta: acerrimi integerrimiq; sensus: præstantiæ item partium singularum, vis in manibus, celeritas in pedibus, eximia *DEI dona* sunt; atq; è conversô gravitas valetudinis, distortio & pravitas membrorum, ac deformitas, *pœna peccati*: ita acies ingenii, ardor & cupiditas discendi res salutares, munere & afflatu Numinis cœlestis confertur: Defectus autem in iisdem, vel propter delicta Majorum, quorum iniquitatem DEUS, in tertiam & quartam generationem punit: vel propter gloriam DEI, sicut *Joh. 9. cap.* De eô, qui *cæcus* natus erat, scriptum est, inducitur. *Noli* autem mirari ejusmodi præsumtionem *in hominibus*, cùm vel in brutis Ethnici suspicati fuerint tale indicium: sic Germanis proprium ait Tacitus de M. G. equorum præsagia ac monitus experiri: publicè aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi à nullô mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac Rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitusq; ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides, non solùm apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes; se enim *ministros Deorum*, illos *conscios* putant. *Plinius l. 8. c. 42.* præsagiunt pugnam & *Job. c. 39.* procul odoratur bellum. Commoda hîc quadrat responsio *Lamberti Danæi de venef. seu sortiariis, p. 35.* Num & fidei Christianæ certitudinem tollunt, & divinam Domini nostri Jesu Christi naturam negant, & adversùs ipsam rei veritatem pugnant, & mentiuntur. Quô enim modô ipsi *Diaboli* in eorum corporibus loquuti essent, (putà *Lunaticorum*,) magnô cum impetu ex dæmoniacis exivissent, membra eorum laceràssent, si illa mera animi ægri somnia & phantasiæ, & in tantum morbi cujusdam melancholici accessiones fuerunt? Sic *sortiarii* sunt

pla-

planè misera satanæ mancipia, ab eoq; reguntur, hunc ipsi adorant, illi se addicunt, &c. *M. Gëorg. Trinckhusius, Jen. 1667. de curatione Regum per contactum. th. 12.* Johannes quidem *Langius Epist. 34. medic. pag. 160.* omne id ab *occultâ* rerum *qualitate* dependere statueret: nempe ex *cœlesti* siderum *constellatione* & impressione, pro unius cujusq; speciei constitutione omnibus individuis, aut pro singulari complexionis gradu aliquibus tantùm illius speciei individuis congenita. Et hanc quoq; causam esse dicit, quòd quidam in *Austriâ gemelli* objectis solis ad januas corporis lateribus, *seras aperire* potuerint. At verò hæc sententia, ut priori, (quòd quidam possint curare ex temperamentô naturali, virtute instar herbarum lapidumq;,) meô quidem judiciô, est improbabilir; ita multô minùs doctioribus arridere potest. Unde enim, quæso, illud probaret, & evinceret? Nec enim conficiunt quidquam, quæ c. l. adfert, cùm partim non ad rhombum, partim verò fabulosa sint. Et, quantum colligo, potiùs *stellis*, quàm *Dæmonibus*, quidquid id virtutis est, vir ille, quamvis non satis constanter, vult adscriptum. Sed si hôc modô Philosophari, esset indagare verum ac explicare causas, quivis è triviô vel tonstrinâ barbam ac pallium Philosophicum induere posset, cùm nullô negotiô latentes rerum causæ hâc methodô, si diis placet; enodari queant. Nec video, quarè hinc illa excedentia naturæ limites sagarum aut dæmonum potiùs, effecta, ejusmodi velô non queant tegi? Sanè cuncta ad *sympathias* & *antipathias*, ad fictas crases, & pecularia hominum *temperamenta* referre velle, viam ad ἀθεισμὸν esse, disputat vir Reverendus, *Thëophilus Spizelius, Scrutin. Atheismi p. 111. & Ep. ad Meibom. de radice Atheism. p. 15.* Absit tamen, ut *optimum Virum* impietatis alicujus insimulemus. Foveri enim potest aliqua ab aliquô sententia, ex quâ multa absurda ac impia *per consequentiam*, ut loquuntur scholæ, *deduci* possint, ut tamen illius sententiæ patronus, talia exinde colligi posse vel neget, vel non animadvertat. Concedo hîc equidem, magos prætendere suam singularitatem, ut ante annos Majus coram me suam *curiosam chiromantiam*, quâ minutum reconvalescentiæ aut obitus in ægrotis demonstratum mihi dare volebat, ut Zigeunerismum refutanti & ejuranti. Sic Voigtius, Stadensis astrologus, se Naturam *ventorum* ex

astris prospexisse prodit, item *magneticam* acum posse præparare, quæ nullibi non exactè meridianum sequatur πολόδειξις sine anatolismó & dysismô. Vide ejus *Mathem.* Raritäten. Cæterùm in *vaticiniis* citra signaturam, admitto quibusdam inesse spiritum fatidicum, ut Gallo *Nostrodamo*, & fortè Paulo Zachariæ, Cal. M. Paulo Ægidio) Scabino (quoad officium) Stetinensi, Ecclesiastæ, qui obiit A. 1612. Et in distichis suis, ut fertur, *Evangelio* & *Epistolar.* hoc chronodistichon (quod exstare etiam narrabatur in chronicis Stetinens. *Frideborni*, sed frustrà ibi quæsium est, p. 146) reliquit ceu fatale urbi patriæ:

DefVnCtIs patrIbVs BoreaLIs habebIt habenas,
qVas taMen erIpIet posteá *Brenno* tVIs.

(Nota, fortè vel sic initium posse esse comparatum: SepostIs DVCIbVs, &c. Cæterùm dictô An. 1677. occupabatur summâ vi *Stetinum* ab Elect: Brandenburg. & erepiebatur Boreali Regi Svetiæ, sive jam ante eventum Pomeranus spiritus prædictionem præstitit, seu Phantasta quidam hujus loci divulgavit. Cœterùm ut victor per tale præsagium quasi certior fiebat de Palmâ: ita & admonebatur in castris de cavendo posteà ab *alba veste*, (weissen Kleide. Er werde Stetin zwar gewinnen/ ab erst hehedde sick tho höden vorn Witten Klede/ sic apparens niger vir pronuntiaverat.) Quid sibi verò hoc voluerit, dabat annus sequens, ubi pace inprovisa initâ inter Hispanum & Belgam, deficientibusq; confœderatis Lünæburgis *Gallus* ob *pactum Svedi* invadere machinabatur reapse loca *Brandenburgica*. (uti mihi statim videbatur apud auditum oraculum.) Weiß/ quia *Galli* ab *albedine* dicti quasi putantur: Kleid/ quia nemo præter *Gallum* mutabilior est in *vestitu*, ut maximam simiam indumentorum variorum. Quandoquidem verò *Germani* hujus æmuli sunt, ideò discipulos oportebat apud præceptorem castigationem subire. Cæterùm Brandenburgicus Elector pistorem Svecum in *albâ veste* habuerat, qui hinc dimittebatur, ut suspectus, à Culinâ aulicâ: Mansit autem nihilominùs פיר גליין *oppressio seu infortunium Galliæ*: An. 1679. ubi omnia loca occupata in *Pomeraniâ* citeriori restituebantur ad tenorem trans actionis pacificæ Monasteriensis.

ſis. Porrò An. præter propter 1672. Berolini in cœnaculo omnes imagines magnatum ex parietibus prociderant, relictâ imagine hujus *Electoris Brand*: poſſeſſoris. Hoc, locô boni ominis, accipiebatur, quaſi ſolus hic ſuperſtes manſurus ſit in vigore ſortis cæteris cadentibus. Verùm circa Halberſtadium præfectus quidam, officialis Brand. remaliter intellexerat ſtatim, verendo quaſi ſolus fortè poſſit derelinqui, reliquis ſe avertenibus, da die andern dürften alle von ihme abfallen. Sic mihi ſtudioſus referebat An. 1679. auditor tunc illius acroamatis ſagacis. Continuo hic præſentem materiam ex latifundio *ominum*. (de quibus equidem aliquando in pecul. tract.) De Etymol. vocab. Ahmen / vide *Scheraum in itinerar. Pſalm.* tit. ענה reſpondit. &c. *Frankenſtein ad Veſpaſian, Sveton. c. 7. AUSPICIUM capturus.* Primam nempe vocem, quam fortè audiret, aut oculis oblatum ſignum, aut quodcunq; demum *OMINIS* habere rationem poterat. Quamquàm aliàs *auſpicia ominibus* contradiſtincta diſcere licet ex *Valer. Maxim. l. 1. c. 4. ex 4. Demſterus ad c. 4. l. 3. Roſin.* videri poteſt. *Idem in Domitianum Sveton. c. 16. obſerv. polit. p. m. 539.* M. S. Quod ſæpe in *Comicis* reperimus dictum: Neſcio quid mihi animus præſagit, idem videmus contingere hominibus in vitâ communi, ut *tum* ſubinde ſpei metûsve apud ſe depræhendant indicia, nullô in alterutram partem invitamentô: *tum* quasdam indices ſæpe inſtantium voces mittant, quas *ominoſas* fuiſſe poſt *eventum* demum intelligitur. Non ego jam multa de *Domitianô* dicam, quem ad ejusmodi verba animus ex *Chaldæorum* prædictione futurorum anxius impellebat; etiam ii, quos ſuperſtitioſa Mathematicorum vaticinia non ſeduxerunt, quandoq; ceu neſcientes, & quaſi à *Numine* afflati, ea de ſe aliisq; effundunt, quæ tum demum, poſtquàm impleta ſunt, fidem faciunt, quod *non temerè* fuerint prolata. Poteſt, præter *Valerium Maximum, qui lib. 1. c. 5.* aliquot exempla profert, præter *Joachimum Camerarium in vitâ Phil. Melanchth.* vel Noſter auctor videri, qui de *Octavio Claudioq;* cæſaribus ſimilia commemorat. Et ille quidem *c. 97. l. 2* non ſi omnia morarentur, ampliùs ſe poſt hâc *Romæ* futurum aſſeverarat, quam & poſteà nunquàm vidit: & *c. 100.* à quadraginta ſe juvenibus abripi queſtus erat, dum poſt mortem à totidem *prætorianis* militibus efferretur in publicum. Hic

l. 5. ult. acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis dixerat, cujus leges brevi poſt implevit. Et talia exempla complura occurrent in Hiſtoriæ *Auguſtæ* ſcriptoribus. Scilicet nonnunquam quaſi extra ſe rapta *Mens* futura cogitatione præoccupat, & nullâ in apertô causâ de *lætis* aut *triſtibus* ſpem metumvè concipit; ſive id (1.) *NATURÆ* opus eſt, & ejus quam *Animus* noſter cum *COELO* habet cognationis, ſive (2.) *GENIORUM* mentibus inſinuantium. Utrumq; *Germani* noſtri ſuô ſermone aſſerunt, cum dicunt: daß Hertze ſaget mirs! Es ahnet mich/ & poſt factum, daß hat mir ein Engel gerathen! Et res ipſa quidem ſatis certa eſt: causâ rei nemini adhuc ſufficienter ſatis certò exploratâ: nobis monuiſſe ſufficit, non omninò contemnendum aut ſusq; deq; habendum, ſi quando ceu arcanô ejusmodi impulſu animum quis percelli ſentiat. Idem *in Notis ad Sveton. Titum c. 10.* cauſam *Triſtitiæ* equidem mox ſubjungit autor, Triſtia nempe *omina*: ſed ſi ſimul conſideremus *fletum*, & illam & *hunc* profluxiſſe, veriſimile eſt exinde, quod inſtans malum præſagiret *animus*. Vix enim eſt, ut inſigne quidpiam ſeu *mali* ſeu *boni* eveniat alicui, quin illud aliud agenti ingerat *mens*, *rei præſaga futuræ*, atq; animadvertere jubeat. Exempla paſſim proſtant apud veteres pariter & *noſtros*: unde frequenter audire eſt illud *Cliniæ* apud *Comicum in Heauton. act. 2. ſ. 2. v. 7.* Neſcio, quid mihi *animus* præſagit *mali*! ſcl. ut *Cic. ait l. 1. de Divin. c. 66.* Ineſt in *animis præſagitio* extrinſecùs injecta atq; incluſa divinitùs. Hâc conditione quidam ſibi paulò antè proſpiciunt de *Teſtamentô*, ſepulchrô, induſiô exſequiali, daß ſie ihr Haus beſchicken. Secundùm hoc membrum legitur in ſacris. Er (GOtt) lencket ihnen allen das Hertz. Item Pſal. 119. HErr neige mein Hertz nicht zum Geitze/ ſondern zu dein Geſetze! *Edmundus Dickinſonius in Delphis Phœnicizantibus, c. 9. p. 83. &c.* Oraculi Delphici cauſam, qui mallent ad *Coretæ* & *caprarum* fabulam (de quâ *Diod. Sicul. l. 6.*) reſpicere, *naturalem* ſtatuant: quædam ſanè argumenta, quibus opinionem ſvadent & diſputationis attollant molem, præſtò erunt. Quippè mens noſtra (perinde ac *Sol* luce) *præſagiendi* facultate nunquàm non pollet: Corporis autem *Dyſcraſiâ*, veluti nube, obducitur, ut ea quæ de longinquô perſpicere nata ſit, intueri nequeat: ipſa igitur (contrà quam *Harpaſte* apud *Senecam*)

cæca

cæca non eſt; ſed ejus *domus*. *Quocircà* ſpiritus, (vide ſis *Plutarchum de oraculi defectu*, & *Ariſtotelem de Mundô c.* 4. ubi hæc habet: Multi ſanè multis in (3.) *LOCIS* exitus ſpirituum patefacti ſunt: quorum *partim* tabificâ vi abſumuntur; *partim* fatidicos efficiunt: ut *Delphici* & *Lebadici*. Hæc ille *Jamblichus* de myſteriis: in *Colophoniô* oraculô (4.) *aquâ bibitâ* vaticinium veniebat: In *Branchidicô* haurientes *vaporem* ex *aquâ* prophetabant. Vide etiam *Nonni* συναγ. ἱστ. α. ιδ. Et *Suidam in voce* κασάλια.) qui corporis affectiones & temperiem mutando, mentem quaſi liberent, & limpidiorem reddant, ipſi *enthuſiaſmos* efficere valeant. Hujus autem generis eſſe *vel* præcalidos quosdam (5.) *vapores*; qui penitùs intrant *Pythiam*, eamq; (ſimiliter ac *flammæ* mantilia à Caryſthiô lapide confectô) non adurunt, ſed, quod mirum eſt, eluunt & abſtergunt. *Vel* frigidos neſcio quos halitus; quibus, ut tincturâ ferrum, ſpiritus noſtri denſari, quôdam quaſi *ſtomomate* indurari, atq; ita ad vaticinia diſponi poſſint. Nam ſicut ſtannum æri (quod rarum quiddam eſt,) infuſum, id denſat ſimul & ſtipat, nec non & ſplendidius multò ac purius efficit; ita *frigidus* quidam *Vapor* (qualis efferri ſolet è ſpecu *Delphicô*) menti conſentaneum quid & cognatum habens; ejus partes implet, continet, ac limpidas reddit; adeoq; *divinandi* facultatem ciet. Nec mirum, ſi terra multos *vapores* edat, quorum pauci tamen *Enthuſiaſmum* futuriq; notitiam creant; quippe ut *Apollinis*, qui *Tarſi* eſt, *gladius* Cydni aquâ ſolùm modò tergi ac purgari potuit; ſic illa corporis affectio, quæ mentem fuſcat & obcœcat, non niſi propriô quodam vapore mutari diſpelliq; poſſit. Nec obſtat, quòd apud *Delphos* unica duntaxat fœmina vim iſtius *vaporis* experta fuerit: *primô* enim Capræ, *coretas* paſtor, & quicunq; ſpecus ſeu foveæ os acceſſiſſent, *enthuſiaſtici* redibant, poſteà verò *Spiritus* iſte propheticus ad *Pythiam* ſolummodò per *tripodem* quendam perforatam, (Vide *Tzetzem in Lycophron. p.* 205.) Specus ori impoſitum, quaſi per ductum ferebatur. Inſedit enim *Pythias* tripodi, & ſpiritum infernè emiſſum pudendis excipiebat; mirâ deinde corporis immutatione factâ, res de futurô vidit & prædixit, &c. ℞. (6.) Sed quis dubitabit apud *tabulam* noſtram *nudam*, & propheticum illud dictum (Jeſ. 44, 6. quis ſicut Ego vocabit, & annuntiabit hoc, &

ordi-

ordinabit illud mihi à ponere me populum seculi, & ventura, & quæ ventura sunt annuntient eis?) quòd non omnia *soli DEO*, ut commonefactori futurorum, quia unicus est omniscius, sint accepta ferenda *omina* veracia: præsertim quia non longè abest à quoquam; sed in ipsô omnes movemur & sumus, ab ipso omnia replente portamur & sustentamur, inhabitamurq;? imò ubi nullus DEI consiliarius unquam exstitit apud universalitatem *ignorantiæ*; dum omnis homo mendax, nemo obvia deprehendit absq; instinctu illius, qui omnes homines in hunc mundum venientes illuminat, præveniente gratiâ instruit, quid faciendum, quid omittendum: ut ambulemus in viis Ejus inculpatè; Quemadmodùm & *somniis*, secundum *Hiobi* effatum, deterremur à pravis propositis: qui non apti sumus aliquid boni cogitare, tanquàm ex nobis; sed cuncta ex *charismate* Sp. Sancti: quandoquidem omnia bona & perfecta dona cœlitùs veniunt à patre luminum, cuivis pro certô modulô apud mancam & mutilam nostram scientiam ænigmaticam. Ex *Philosophicô* quidem apparatu nescimus; Verùm ex *Catholicô* promtuariô omnium facultatum exactè callemus, DEI operationem in *ominibus! D. Joh. Conrad. Dannhawerus, An. 1648. in Gamaliele Hebræo Teutone, sangvistitii conciliatore, Ancipitii sequestre, Pacis conso, p. 4.* De Petri *Lotichii*, poetæ celeberrimi (7.) *somniô*, quod habuit An. 1561. super obsidionē urbis *Magdeburgensis* vaticiniô, quod exstat *l. 2. Eleg. 4.* In quô sacros Virginis Albicolæ cineres, & quæ *Germaniam* afflictura erant oculis minimè siccis prævidit. *D. Marcus Marci in Philos. Restit. part. 4. p. 497.* Quid aliud est *consentire*, quàm unô sentiente aliud quoq; sentire atq; idem aut diversum quid pati? (8.) Unde *sympathia* dici consvevit. Quoties experimur, in nobis citra ullam causam manifestam *cor angi*, & *malum* longè absens *præsagire?* (℟ Profectò hujus *mali* præsagitio frequentior est *boni* omine, ideò, ut DEUS ulturus, adhuc pro summâ bonitate minitet saltem, seu mentem incitet ad excussionem sui, & veterni agnitionem pœnitendi: ne quis se inscium fuisse obreptum queratur!) R. P. *Vadingus*, vir solidè Doctus, & minimê superstitiosus, confirmabat suô experimentô, eos, de quibus intentiùs cogitamus, si nullis cogitationibus tum illorum mens sit præventa, respicere ad nos quasi *VI* conversos: quod multoties

toties sum expertus; quid hîc *medii* intercedit, quod in hunc solùm & non alios influat? *Reinhold* von Derschau im Christlichen Wandersmanne/ *l. 1. c. 8. p. 43.* Der (9.) heiligen Engel ihre Dienste/ so sie dem Christlichen Wandersmanne leisten/ seynd viel und mancherley! Sie offenbahren zu zeiten dem Menschen GOttes Rath/ und Willen/ wenn der Mensch zweifelhaftig ist/ was er thue: und was er lassen soll/ wenn ihm ein Unglück oder Gefahr betreffen soll/ ja wenn er die Welt segnen und sterben soll/ so errinnern sie ihm dessen und warnen ihn vorher; daher seynd die *OMINA*, welche sich vor Absterben vieler Leute oft sehen lassen. Exempel haben wir dessen an Daniel/ *Dan. 9.* Joseph/ *Matth. 1. v. 2.* & ad *Angelos* quoq; refert *Peucerus de Divinat. gener. p. 211. 446.* *M. Schwimmerus*, im Physical. Zeit-vertreiber *part. 2. quæst. 22. p. 184. &c.* nescit, an mediatè fiant (Ahnungen) ab *Angelô*, an immediatè ex *animâ* ad *imaginem* DEI creatâ? *Kircherus art. Magnet. l. 3. part. 1. p. 382.* rejicit quidem, quòd *radii* quidam ex animá, aut è potentiis egrediantur: dum fieri autumat vel corporeô effluviô, similive qualitate alterante, in viciniâ, aut distantiá à boni dæmonis instinctu, aut aliâ *hyperphysicâ* quâdam actione. Confer *l. 3. 9. part. c. 1. p. 607.* Mirabilis est *M. Gottfr. Voigt* im Physical. Zeit-vertreiber/ *cent. 3. c. 43. p. 578.* quando admirantium quidem oculos & *manus* elevatas versùs cœlum (10.) *ductui divino*, ut fonti mirabilium, adscribit: sed tamen *c. 81. c. 82. p. 688.* &c. ad mirandam *pulsionem* forium, *lapsus*, crepaturas, ejulatum canum, &c. non sustinet *provido Numini* accepta ferre, sed vel *phantasiæ*, Diabolo, naturalibus principiis absq; significatione &c. adscribit; cum tamen non tantum in obstupefactionem rapiat auditores, sed & subsequi temporis feralem casum, aut eventum insolitum signent aut importent: modò attenderentur meliùs Fata. Confer Schwimmern im Physical Zeit-vertreiber/ *part. 2 p. 362.* sagaciorem. Breviter, DEUS per naturam nihil facit frustrà, nec negantibus tale quid: siquidem ad minimum ἀσοφίας, ἀπαιδευσίας, præjudicii, &c. possunt argui & convinci! *Hierony. Elverus in delit. Apodem. Epist. 105. §. 40. p. 341.* Sacer inter nos (ita *Stoici* credunt:) *spiritus* sedet, malorum bonorumq; nostrorum observator: hic, prout à nobis tractatur; ita nos tractat! porrò quin DEUS vel *spiritus* ille sit, nemo *Philosophorum* docu-

docuit. *Ego* istum *spiritum* (11.) *CONSCIENTIAM* appello, quæ *improborum* magna pœna est, *bonorum* magnum gaudium. Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra

Pectora pro meritis, spemq; metumq; suis.

D. Joh. Christoph. Becman. Prof. Histor. Francof. de prodigiis sangvinis, c. 7. §. 6. status eorum temporum, quia veluti malorum feracissimus erat, ita *vates* futurorum prænuntios multos tulit. (12.) *Humanum ingenium* enim dum adversis urgetur, *spes* quascumq; colligere iisq; in futura se erigere amat: Ac in partes huc fortè & Christianæ *Poniatoviæ* celebris per *Poloniam* & *Bohemiam* Vatis exemplum veniet, causâ si non eâdem, certè non dissimili nisum. *D. Marci de Philos. veter. restitut. part. 3. p. 310. &c.* Quâ ratione *futurarum* notitia nobis obvenire possit? Cœlum nullam notitiam rerum sive præsentium sive *futurarum* proximè nobis ingenerare potest: uti neq; in *aëre, aquâ, terrâ*, aut corporibus, ex his constitutis, *ideam* seminalem alicujus plantæ imprimere: cùm neq; ejusmodi *ideæ* insint *stellis*, neq; ab iisdem concipiantur. Verùm sicuti in sublunaribus in unô quoq; semine *inest chaos ideale*, cujus evolutione corporis fabrica constituitur: & rursum ab aliis *ideis* sub his involutis actiones organicæ procedunt; ita corpora cœlestia ex suô *chäo* ortum habent, *ideisq;* seminalibus alias *ideas* annexas continentur, *ideis* imaginativis similes, quæ vel sensu naturali, & per radiationes luminosas vel vi mutuæ *sympathiæ* moventur ad actionem *imaginationi* analogam, tantò magis firmam & stabilem, quantò minùs liberè fit, &c. Cœterùm *origo præsagiorum adscribitur vel*

1. P hantastico spiritui, *Synesius*: Animæ mundi.
2. R ectæ diætæ.
3. A nimi potentiæ. *Dickinsonius*.
4. E ὑπαρξία peculiari Materiæ & formæ.
5. S chemhamphoras seu sigillis planeticis.
6. A strali influxui.
7. G eniorum inspirationi.
8. I maginativæ facultati.

9. Vir-

9. Uirtuti divinæ & afflatui entheo:
10. Melancholiæ certo gradui. *Huartus in scrutinio ingeniorum*, &c.

XXI. *DE ENTHEO CONCURSU.* Quis nam autem hic divinus concursus apud sagacitatem *Galli!* Ridemus, aliquando *asinum* ad psalterii *lectionem* esse accommodatum hôc modô; dum per omnes paginas avenam dispersserat nugo, quas hujus tyro evolvit, pabulum suum quæsiturus: Fortè conjuratores *galli* analphabetici assusurrant illi, ceu Lappones rangiferis peregrinaturis, genium quendam directorem, vel *Æsculapium*, cui veteres supplicabant, ut auri, argentiq; venas subinde aperiret. *Gvevarra in horolog. Princip. l. 1. c. 12. p. 34.* ex *Augustin. 4. C. D. 27.* vel *Patellanam* numen, aut *Patellam*, ad patefaciendas res confictam. Vide *Arnob. l. 34.* Correctum à *Joh. Meursiô, c. 5.* Vel *Pallada*, quæ armata cum *galeâ* (ut *gallus* cum cristâ) ex capite Jovis persiliit, obstetricante Vulcanô, ubi gravidus factus fuerat maritus ab uxore gravidâ *Meti* devoratâ: apud *Bacon. in præfat. de sapient. veterum.* Vide *D. Joh. Maukisch. Thëol. Lips. 1641. de Poëtarum fabulis. Quæst. 4. ἐκθ. 3.* Cœterùm Sciolorum φλυαρίαν producit *M. Joh. Friderichus, de Lycanthropia, p. 61.* Neq; satanam omnis mali architectum, neq; organa hujus, Magos & Sagas, quibus ex fœdere & commerciô adest, operam suam poscentibus præstat, absq; DEI permissu & Naturæ adminiculis quisquam in homines, posse: Atq; inde multum eos falli, quicunq; aut citra singularem Numinis indulgentiam, aut vi certorum verborum in precatione, *characteribus*, aliisq; ritibus superstitiosis, Magos aliquid efficere censent. Quamvis enim hujusmodi quædam adhibeantur aliquando ab iis, qui incantationibus ac veneficiis nocere putantur: ab omni tamen ratione èst alienum, istis instrumentis ullam, ad effecta *Magica* suâ vi cienda, efficaciam inesse. Quia tamen verba κατὰ συνθήκην & secundùm placitum imponentium significativa sunt, & characteres, aliæq; res ἐξ ὁμολογίας itidem assumi possunt, ut secundùm placitum aliquid notificent: illud certè agunt *Magi*, his mediis utentes, ut *Dæmones*, quibusdam veluti signis ad agendum ex pactô producant! *Dorscheus in programm. Rostoch. Tiburtio-Dionysiac. p. 194.* ineptè scribit *Weigelius* im güldenem Griffe / c. 1. Es gehet alles von in-

innen heraus/ aus dem unsichtigen in das sichtige; aus allen Geschöpfen ist Adam gezogen/ und alle Geschöpfe liegen auf ihn. Aus dem Firmament oder Gestirn ist sein Geist/ und daher hat Adam alle seine Kunst/ Handwerck/ Sprache/ und alle Thierische Weißheit in ihm. Denn was im Firmament ist/ diß ist auch im Menschen/ &c. *Conringius in Hermetic. Medicinâ. c. 22. p. 329. A Thëophrastô Paracels. l. 2. Philos. Sagac. c. 1.* affirmatur; *Americanos* non esse ab *Adamô* progenitos, aut sanguine nobiscum junctos, sed ab aliô quôdam Adamô descendere; *Adamo per lapsum* contigisse demum *peritiam naturalium rerum*, idq; *beneficiô serpentis*, ex singulari DEI providentiâ, traditur clarissimè *lib. principiorum, sive de mysteriis vermium.* Et verè serpenti plusquàm ulli viventi crëaturæ inditum à DEO arcanæ sapientiæ, docet idem &c. *Dorscheum d. l.* pluribus confer, quomodô *Esdras* non ex connato aliquô lumine suarum operationum originem cœperit, neq; illud eis pro fundamentô substraverit; Sed habuerit regenerationis beneficiô illuminatas & sanctificatas internas animæ rationalis potentias, intellectum, & voluntatem, postquàm per peccatum originale quoad spiritualia emortuæ cessent. *D. Joh. Schmidius, Thëol. Argentor. 1655. de lege Forensi Judæorum, Deut. 16. v. 18. th. 15. ad Luc. 9.* Vidimus quendam in Nomine tuô eijcientem dœmones: quamlibèt Christum non fuerit, ut Apostoli, sequutus, nec ab eodem, ut ipsi, expellendorum immundorum spirituum acceperit potestatem, eàdem tamen verè polluisse, omnes circumstantiæ ostendunt. Cùm enim *Apostoli*, intempestivô Zelô accensi, *prohibere* eum voluerunt, ne id facerent, *Christus* præcepit, simulq; addidit; *Qui non est adversùs nos, pro nobis est!* indicans, illud ejectionis opus, sibi nequaquàm ingratum, immò illustrandæ gloriæ suæ, maximè idoneum esse. Vide *Hunn. in c. 12. Matthi 27. Winkelm. in Luc. c. 9. p. 561.* &c. Atq; hos Christus *Salvator* ait, fore judices pharisæorum, opere nim. ipsô eosdem accusaturos, convicturosq;, quòd dæmoniorum vera ejectio, nequaquàm in nomine *Bëelzebub*, sed digitô DEI fiat: adeoq; ostensuros, intolerabilem esse & blasphemam columniam, quà sibi in miraculis cum *Satanâ* collusionem tribuant, indeq; pœnam blasphemis debitam mereri. R. Hactenùs plausibilis materia ad excusationem *Magorum, gallis cribrôq;* fures detegen-

tegentium ad utilitatem proximi, gloriamq; DEI; sed vix primâ fronte se commendans: nam destituitur tamen Modus hic legitimis vel ordinariis mediis, etiamq; juxtim abutantur nomine Christi, DEIvè in suâ praxi veterarores. Connivet utiq; DEUS ad conatus quandoq;; ut *spoliatus* impetret ablatum, & *hariolus* trutinâ æquiori expendat eventûs utriusq; (& *furti* commissi, & detecti vel proditi) principium discrepans, seu sibi hîc contraveniens: quod ut neutiquàm in *Diabolò* præsumere simpliciter sustinet; ita suspicere poterat moderamen finale aliud summè bonum, ad simul prodendum *Satanam*, nolentem volentem. Nam hîc sæpiusculè non valet exsequi, quod intendit, & cupiunt maleferiati per illum. Ergò superiorem impedientem tunc habet, eumq; permittentem, si pro votô & petitô assurgit efficax. Verùm non adeò ideò, ut instigator pro Christo esse dici posset, licèt nomine *Christi* tenebrio abutetur. Præterea longè aliud est, dæmonem *expellere* ex obsesso: aliud, angariare dæmonem ad *impellendum cribrum* per Christum, *gallumve* adhibendum scrutino *onomatomantico*. *Ibi* enim DEUS invocatus se non potest denegare, *hîc* non tenetur, nisi liberrimè. *Ibi* nulla suspicio est coöperantis Belialis, dum vel publicè & imperterritè peragitur: *hîc* impudens maleficus clanculùm, non sine suspicione & factione *satanæ*, machinatur. *Cribrum* utiq; *gallum, clavem* &c. DEUS seu Natura ad longè alium finem deputavit. Et *furem* clandestinum suojudicio reservavit. Et *curiositatem magiæ plutonicæ* per Mosem damnavit in vetito signorum præsagiô! *Maturinus Simon de literis pereuntibus* p. 176. 177. Alterum genus est eorum, qui *Chaldæi* antiquitùs dicebantur, & quos nuper doctissimus *Pererius* appositè exagitavit: Genus hominum, ut optimè scripsit *Tacitus*, potentibus fallax, sperantibus infidum, quod nobis semper vetabitur, & retinebitur. Horum sunt meræ nugæ, & imposturæ, aut magicæ traditiones, & ut ait Pomponius Lætus in vitâ Constantini, in sana documenta, quæ nostra incredulitas excogitavit: hi enim, ut ex *D. Thomâ* colligimus, fœdus habent cum malô *Dæmone*, aut *expressum*, aut *tacitum*. *Expressum*, si apertâ impietate cum *Dæmone* ipsô communicent; quod facere solent, qui malô *Dæmoni* se devoverunt. *Tacitum*, si conceptas illas verborum formulas ab illis didicerint, qui

fœdus illud expressum habent. Operatio eorum, inquit *Tertullianus*, est hominis eversio; Sic malitia spiritalis à primodiô auspicata est in hominis *exitium*. *Astrologorum* quòd fallat judicium 1. singularis operum DEI, & regiminis *omnipotentis profunditas*, 2. quædam *Diaboli* in ciendâ tempestate ex permissione DEI *potestas*. 3. *Artis* ipsius *sublimitas*, unde error *calculi* introducit errorem *judicii* & quantum Astronomi metiuntur, tantum Astrologia mentiatur. 4. Terrarum & cœlorum quædam qualitas & diversitas, 5. occulta regionum quarundam proprietas, *Eustathius*. Astra valent aliquid, plus pia vota tamen! *M. Francisc. Hippolytus, Hildensheimius de somniis.* (Vid. *lit. B. 2. a. Coscinomantiæ* nostræ) nominat *primum* forte Fati repugnantiam, quia aliàs omnia necessariò fierent. Idem *tertium* vocat artis infinitatem. Verùm, ut mentiuntur ad unum omnes homines apud unius Numinis voluntatem; *ita* quoq; deficiunt ferè omnes causæ sequentes, quamobrèm *Pererio l. 2. in Gen. cap. 1. v. 14. Disp. un. c. 5.* (Cæterum de Magiá l. 2. de divin. Astrolog. p. 512. &c) Astrologi creduntur nonnunquam vera dicere: (1.) quia multi *faciunt cum Cacodæmone* præsago, & communicante vel præter pactum expressum clanculum insusurrando, & animum ita aptando cum suggestionibus suis insidiosis; ut factum *Davidi* ad censum populi, & *Achabi* sacerdotibus. Unde *Corn. Agrippa de Van. scient. c. 31.* requirit in prognosticante futurorum sensus & præsagii instinctus, sine quibus nullus *Astrologus* prædicere valet, ex opinione Haly. (2.) Quia occultum DEI judicium nonnunquàm permittit, ut per *Genethliacos* curiosi sciscitatores puniantur. Vide *Augustin. l. 2. de Doctrin. Christ. cap. 22. & 25.* prolixè (3.) quia cœlispices ut plurimùm sunt perspicaces conjectatores, & *eustochasmô* pollent quoad futura, sed *astrologiam* saltem aliqualiter applicant subdolè: uti *Hannibal Carthaginensium* Dux ex *Terentii Varronis* & *C. Flaminii* socordiâ ac temeritate *Romanis* cladem, sed *Afris* victoriam prædixit. (4.) Quia propter superstitionem DEUS fieri sinit, velut homines credunt. Unde in S. sacrâ legitur, quòd omnia hæc evenerint, propter *incredulitatem*. ℞. Hæc uti sola verè placet; ita illi subjungo aliam ex *Lud. Vive*. Necesse est aliquando collimet, qui frequenter jaculatur. *Falsa MATHEMATICORUM* responsa pauci recordantur, *vera* cele.

celebrantur pro admirabilibus. Hinc *Juvenali* Frontemq; manumque præbebit vati crebrum poppisma roganti. Sic philautia ludit & seducit incautos! *Eichstadius de Eclipsi Lumin. th.* 29. Causæ deniq; nonnullæ sunt supra naturam, quando Astrologi *Enthusiasmo* calamum permittentes, quò abrepti, *verum* interdum dicunt, quod *Fortuna* tribuendum est, & sæpiùs ab altiore & occultô aliquô instinctu (sive *boni* seu *mali* spiritus,) proficisci putandum est. *Kepplerus th. 3. de Astrolog.* certioribus. Quarè tales *eventus* nemo scire expetat: præstat enim semper esse in Timore Domini & orare, quàm discruciari metu futurorum eventuum. *Luther. in comm. Lat. in Gen. Tom. 6. oper sub. princip. fol. 11. Fundamenta*, ex quibus *Satanas* veritatem assequi videtur, *Dinkelio* d. l. putantur:

1. T heologicarum prophetiarum cognitus recessus.
2. R egula & ordo causarum naturalium, dum experientissimus Physicus, Medicus, Astronomus, Physiognomus est.
3. I psius effectus prædictorum malorum in filiis incredulitatis.
4. P rognosis ex conjecturis, dum posteriora ex prioribus colligit.
5. U aria imitatio naturæ, ut myriotechnon est.
6. S olertia propensionis, &c.

Hesiodus Dæmonas dicit oriundos ex hominibus aurei seculi, vocans ἐπιχθονίους δαίμονας, qui serviant *bonis* in hâc terrâ. Vide Hûlsemeum, in Notis cursor. ad Breviar. Théol. p. m. MS. 397. Simili modô finxit *Paracelsus* suos *Moriones* cum vaticinandi potestate. Vide *Libavium part. 1. singul. p. 510. &c. Sophocles in Ajace flagellif. p. m. 10.* quidem ad nutum inconsideratè ita fatetur. Γένοιτο μὲν τ' ἂν πᾶν θεοῦ τεχνωμένου: Verùm *Christianus* novit, DEUM non ita ad omnia esse determinandum, nec obligatum ad concurrendum quibus cunque votis fatuis! Contra hoc axioma autem se maximè operosam & sciolam facit denominatio putà *divinationis*, à divis, quasi divinum quiddam scibile sit; Vide ex *Cicerone* &c. *Dinkelium in de usu dialect. lit. B 7. b. Jul. Firmicus Maternus, V. C. de errore profan. Relig. p. 1.* In testificationem veritatis manifestis rationibus exemplorumque testimoniis *divinationem* probabimus, per diabolum esse inven-

tam

tam & perfectam: ut per hanc ſpiritus maculatâ cogitatione, ſpe fluxæ *felicitatis*, perversâ diſcretione perverteret miſeros homines perpetuis calamitatibus implicitos. ℞. Hîc quidem *autor* per nomen *divinationis* intelligit *Deificationem* fictam gentilium; quadrat tamen dictum non minùs quoq; in rem noſtrem de *Fortuna* conſultatione. *Wierus de præſtig. Dæmon. p.* 123. Hujus Scholæ artes jactantur, ars *Almadel*, ars Notoria, ars Bulapſiæ, ars Artophii, ars Paulina, ars revelationum, & ſimilia impietatis monſtra plura neutiquám toleranda. Quæ hôc ipsô ſunt magis exitialia, quô indoctis apparent *diviniora*. Correſpondet *Deuſingius de ſuperſtit. morbis orig. & curat. p.* 9. Id agit cacodæmon, non ut homines *potentiores* faciat; ſed credulitate eos implicet, ſibiq; arctiùs obſtrictos reddat, atq; adeò ſocios impietatis & excidii æterni. (℞. Multò minùs præſtat *ſapientiores*, ſeu ſagaciores: ſed dementiores; perſvadendo falſum effectum deſiderantibus, non efficientibus. Quid ergô ſibi vult ſymbolum *Joh. Pici apud Bodin. l.* 1. *dæmon c.* 11. Fruſtrà naturam adit, qui *Pana* non attraxerit! an magis Magiæ & cabalæ favit, quàm Aſtrologiæ? Quis autem hîc eſt *Pan*? nonne DEUS paſtorum ethnicus? Dicitur quidem *omnis* & *Univerſalis*, quaſi foret JESUS CHRISTUS, DEUS paſtorum Abrahami, Jacobi, &c. Imô Spiritualium quoq; paſtorum Eccleſiæ: Verùm quî per hunc infidelis ille nos potuit voluit docere? Eſt utiq; hîc proſperator Catholicus & omnium Salvator; ſed ſi cùm *Paulô* omnibus credimus, quæ ſcripſerunt *Moſes* & *prophetæ*: ut quos audire tenemur ex pactô primævô indeſinenter, dum *verbum* DEI eſt æternum, perfectum, defœcatum, immutabile &c. Et ultimum judicium quoq; inſtituetur ad normam S. ſacræ. De *Pane* Chriſtianis ſummo DEO, Barthius adverſ. T. 1. l. 33. c. 16. f. 1533. Alciatus. Embl. 97. p. 216. Confer Henr. Korneman. c. 155. part. 5. de Mirac. Nort. ex Euſeb. l. 1. c. 9. Goropium f. 266. l. 16. Hieroglyph. Harſtorff/ p. 18. part. 4. Geſpräch-Spiel/ D. Gëorg. Mœbium Lipſ. Thëol. 1656. de oraculis Ethnic. c. 6. p. 60. &c. Macrob. l. 1. c. 22. ſaturn. Taubm. ad Culic. p. 61. Euſeb. l. 1. De præparat: Evangel. M. Frid. Cahſenum, Hal. 1656. in Panegyr. Joh. Georg. I. ad §. 374. Ludovic. Lavater. de ſpectris, p. 60. Cœterùm pergit in cœptó pro me *M. Joh. Bohemus Tim.* 1.

pro-

programmat. p. 143. Quum S. Sanctus in omnibus operetur. 1. Cor. 12, 6. adeoq; inter cætera dona necessariam quoq; largiatur eruditionem, *Joh. 16, 13.* Spiritus veritatis vos omnem docebit *veritatem:* imprimis sanctiores *linguas*, quæ ad solidiorem doctrinam vel maximè necessariæ. &c. Ubi minimè hîc præterire possum Rusticum illum φιλοπολύγλωττον, *Nicolaum* Schmid/ Variscum ex pagô Radenacker/ qui hactenùs mecum conversatus est, à quô omninò multos, qui studiis operantur liberalibus, similis industriæ ac diligentiæ sumere oporteret exemplum, qui scl. optimam occasionem, quæ illi, ut qui durô terram præscindat aratrô, defuit, & satis temporis, quod semel elapsum, irrevocabile, habent. Legit nempe ille, scribit & mediocriter intelligit linguas orientales: cujus ingenium & memoriæ felicitatem multi & alibi & hîc demirantur. Confer *Joh. Sautertum in orat. de Bibliothecâ Norimberg. An. 1643. p. 94.* ℞. Verùm quia S. Sanctus quoq; docet discernere Spiritus; ita meminerimus, non omnem Eruditionem proficisci à DEO, putà quæ est pro *Magiâ*, sed quæ est contra *Magiam*. Nam Theologus non valet contra *Veritatem*, sed *pro veritate!* Concludo jam cum *Cruciô orat. 31. in Vituper. curiositat. p. 584.* Euclidem insignem illum Mathematicum ab importunô *curiosô* quodam multa rogatum de diis, respondisse ferunt: quæ, *inquit*, quæris, ignoro: At unum hoc scio, Deos non bene velle *curiosis!* Eidem *p. 583.* Vitium videtur eò gravius, quô nobiliorem nostri partem periculosius infestat. *Minderervs in Threnod. Med. p. 180.* Hos effectus à causis tam reconditis prodeuntes, homines mirari & suspicere cum cerneret Diabolus, ut quiddam persimile huic rei adstrueret, per quod & ipse minus haberi & videri posset, *curiosum* quoddam hominum genus suscitavit; quos disciplinas extra *naturæ* limites quærere, eas tamen *naturalium* qualitatum titulô adornare, & *Physicarum* caussarum prætextu venales exponere docuit.

XXII. *DE APPELLATIONE AD LEGG. Bosius de Pontifi Max. Impp. Rom. c. 7. p. 56.* Constantinus jam Christianus *Magicas* artes innoxias & saluti humanorum corporum servandisq; frugibus quæsitas criminationibus implicari vetat *lege 3. eod. tit.* Quæ lex adeò *Justiniano* quoq; probata est, ut in suum *Codicem* l. 4. c. de malef. eam

V refer.

referret, ac demum à *Leone Philosopho Novell. 65.* abrogata, ut ipse *Pacidius p. 12.* annotavit. *D. Henric. Linck. Altdorff. 1675.* De Magiâ à Constantinô *in L. 4. C. de malef. & mathem.* reprobatâ & approbatâ. Item *D. Ernest. Frider. Schröter, ICt. Jen. 1670. de Lamiis, quæst. 4. th. 10. &c. p. 39. &c.* *Bertram Christian. Hoinckusen, de jure circa Aërem, c. 4. §. 8.* Sed quid, si illis deliriis proficiant, commodumq; aliquod vel sibi vel vicinis procreent? His quidem patrocinio esse videtur *l. 4. c. de malefic. &c.* Quæ tamen constitutio cùm contra pietatem fidemq; Christianam sit, ut ex *Cujac. l. 27. c. 17. & Carpz. p. 4. c. 2. D. 7.* docet *Bruneman ad d. l. 4.* ejusq; partem posteriorem improbat. *Nov. Leon. 65.* Vid. *Wissenb. ff 2. 35. 20.* parum eosdem juvare, nec impunè delictum hoc esse existimo. Vide *Carpz. pr. crimin. p. 1. quæst. 40. n. 49.* Alii *Tribonii* incuriam in *d. l. 4.* increpant, quòd scl. Legem ab Ethnicô, adhuc imperatore latam in codicem Justinianeum intulerit, nisi illam non de incantationibus, sed de lustrationibus agrorum & processibus solennibus, quæ publicè decantatis Litaniis fiebant, (ut apud Papistas adhuc hodiè moris est;) *Nov. 123. c. 3.* malis intelligere, ut sentit. *Brunneman d. l.* De pœnâ *gladii*, dictitatâ in miscentes cum Diabolô colloquia in cryftallô, aut aliter, vel commercii quid habent, vel cum de præteritis & futuris rebus consuluut. *d. const. El. 2. p. 4.* præter enumeratos dantur sortilegi, qui solùm superstitiosis remediis, ut potè characteribus, sigillis, ligaturis, speculis, *cribrô*, scyphô, &c. Vel morbos superphysicos curant, vel maleficia & fascinationes depellunt ac impediunt, quandoq; etiam res *furtô* amissas recuperant, *fures* indicant, & alia superstitiosa agunt, qui arbitrariè puniuntur. *Carpzov. tr. crim. p. 1. q. 50. n. 49. & s.* Huc quoq; pertinent fœminæ juveneis in *caprô* sibi advehi curantes, wann sie die junge Gesellen auff dem Bocke holen lassen/ si nempe per ejusmodi *vecturam* nocitum non fuerit. *Coler. p. 1. dec. 180. n. ult. Berlich. pag. 4. concl. 5. n. 67. Carpz. tr. crim. d. q. 50. n. 61.* Confer *D. Heinrici Lips. 1680. Disp. de pœnâ decollat. th. 28.* Ernest. Frider. Schröter/ ICt. Jen. 1670. 1. Maij seu die Walpurgis, de Lamiis, p. 120. ex D. Bechm. in comment. ad ff. Tit. ad L. Corn. de sicar. & venef. obs. pract. 20. vom Bocke holen/ & pœnâ. Quòd Judæi recitent psalmos Davidis ad detegendum

dum *furem*, amoliendum ignem, &c. Vide D. Geierum de Lege. th. 21. Item, quòd amuleta probent ex Prov. 6, 21. Idem de *Davidis* scutô, *Salomonis* inventô, tract. de superstit. c. 3. §. 41. & Disp. Lipf. An. 1652. de conformit. Judæo. papist. de Lege, th. 21. & 23. Item th. 27.

XXIII. *DE FRUCTU. Christian* Krüger/ *Jen. 1676. De Muribus eorumq; damnis p. 57.* Usq; adeò degeneres quosdam, & superstitione, quæ *Diabolum* habet auctorem, fascinatores reperias quibus non est *religio*, rerum suarum conservandarum, avertendæq; à rebus *frugiferis* calamitatis causâ, vel ipsis incantamentis atq; præsidiis *magicis* uti, præq; Creatore & Dominô, infaustis, dirisq; *Dæmoniis* adhærere, &c. p. 59. 60. Sed laudandane sit ars illa fugandi *mures*, an culpanda potiùs? disquirendum nnnc venit. Videtur laudanda atq; toleranda, ex ratione, quod hujusmodi carmina s. incantamenta adhibeantur ad *finem bonum*, nim. ad servandas res nostras, avertendasq; *frugum* calamitates. Quarè nec de jure civili puniuntur, qui hujusmodi remedia *magica* pro maturis *vindemiis* adhibent, ut patescit ex *l. 4. c. de Malef. & Mathem. l. 9. Ethnic.* Juri convenienter scribunt *Chirland. in tract. de Sortileg. q. 6. n. 20. &c. Farinac. qu. crimin. 20. n. 95.* utentes maleficiis ad sanandum ægros de jure civili non punit. Sed *veriorem* esse sententiam contrariam, existimo, per ea, quæ tradit Schröter/ *Cas. cons. 30. Non enim sufficit finem esse bonum*, sed media etiam sint *bona*, necesse est. Talia autem media, quorum in allatis exemplis facta est mentio, quædam prorsus *Diabolica*, quædam verò si non cum arte magicâ, ad minimum tamen cum superstitione sunt conjuncta, quibus salva Christiani conscientia uti non permittit. Hæc enim superstitiosa media *Diabolicis* sunt confinia, ut & in DEUM ejusq; creaturas contumeliosa. Quocirca rectè *in l. 1. §. 3 ff. de extr. cognit.* dicitur. Non tamen si incantavit, si imprecatus est, si exorcizavit, non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse, cum prædicatione affirment. Imò inter *Magicam* & superstitiosam murium depulsionem aliud ferè nihil inter est, nisi quod in magicâ murium enecatione intercedat manifesta, in superstitiosâ autem, tacita cum Diabolô confœderatio. Quod ergo per se malum est, nullô casu permittendum fuerit. Neq; enim,

enim, ut ait *Heig. p. 2. q. 39. n. 77. mala malô* curare licet, nisi curando pejora vulnera (intellige *conscientiæ*) facere velimus. Hinc quoque *Leo in Nov. 65.* pœnam apostatarum, ultimi supplicii scl. in eum constituit, qui aliquô modô magicis ac superstitiosis incantamentis usus esse depræhensus est, sive id restituendæ, conservandæve valetudinis, seu avertendæ à rebus *frugiferis* calamitatis causâ fecerit. Adde *Jacob. Cujac. obs. l. 26. c. 17.* (ubi etiam damnantur & φυλακτήρια, & ἀλεξητήρια, & περίαπτα medicorum ἐξ ἑνὸς λόγου, item annuli, quos Græci φυσικοὺς appellant, & φάρμακα.) *Simon à Groënwegg. in Legg. abrog. ad l. 3. &c. C. de malefic. & mathem.* It. *Balduin. l. 3 c. 3. consc. Cas. 3.* Ibid. de temperamentô rigoris *in forô Saxon.* &c. Enarrat quoq; *Marsman* in suâ *Miliologiâ c. 1. n. 2. p. 3.* Se à fide dignissimis percepisse, nullos inveniri *passeres* juxta castrum Königs-Egg. Ac si quis vivus illic feratur, eum statim emori: Rationem deducunt, quòd cum olim tanta *passerum* turma illic inveniretur, qui fruges devorarent, penitùs granaria expilarent; Vir quidam arte quâpiam illas aviculas fugârit. De *excommunicatione passerum*, Ecclesiam fœdantium & divinum officium impedientium, Vide *Barthol. à Chassaneo*, Ictum Burgundum, *consil.* 1. *p. 5. n. 123. Sulpitius pag. 316.* De *Martinô*; pagus Senonensis diæceseos annuâ *grandine* liberatur per *Martini* supplicationem, usq; dum vixit.

XXIV. *DE MAGNETICO CONTACTU.* Ex hôc insulsô fundamentô, dubiô procul, advocatus famigeratiss. Philyreæ, mort. 1677. cujus sororem professor Helmstad. senex conjugio habuit (testator bibliothecæ suæ publicæ in templô Nudipedum,) pro Naturalismo suô, cui maximè indulgebat, ut semimedicus, (ceu cognovi paulò ante obitum, dum memorabat ex lectione talium magorum, quòd possibile sit basiliscum viventem arte parare ad infestationem hostis: quid, si ex sympathiâ plastæ se converteret & autorem artis exsibilaret?) reservavit cum Euclione Plautinô, omnia sua præsegmina *unguium*, ut & *anitergia*, in peculiaribus thecis non parvis, quas apud libros inveniebant: ne videl. *Sterculius* seu *Hertha* genium evocarent citiùs, seu pro lubitu sæpe in vitâ molestarent compassionibus excrementorum, ceu partium adhuc totum respicientium naturali insitô suô affectu, sed, propter abjectionem sui, immisericordiam integri

ægri corporis deteſtantium & lugentium, ubi lubentiùs cohabitarent ſuo empectæ; qui poſt fata lemures præſides ſuccenturiaverat in domiciliis ſuis in *Brüla* relictis, ut innumerarum maledictionum, quas creberrimè in exacerbatione evomuerat, teſtes inquietantes, & de impietate ac inconſcientioſitate emeriti manes arguentes. Certè ab exportatione reliquiarum illarum ante urbem valdè abhorruerat vetula domeſtica! ob alium fortè finem & uſum, memini me, ante paucos annos, aliquot grandiores ciſtulas repletas cinere ſuô tabaci, per multos annos de die in diem uſurpati ſeu imbibiti, videre apud juris conſultum nuper Canonicè Brunſwigæ mortuum W. ut triumphum redemti temporis. Cœterùm ſuxerat Gr. ille ſuum venenum ex ſimilibus naturaliſtis, qualis fuit *D. Joh. Marci in Philoſ. vet.* quaſi verò *reſtitutâ, p. 498.* ubi *unguibus* mira adſcribit per magnetiſmum in transplantationibus, ab ideis, ex eorum fluxu vitali, unde vitâ eſſentiali non deſtituantur, quousq; manent effectus ideales. Cumq;, *pergit*, anima (de ſenſitivâ loquor,) ſit tota in totô & tota in qualibet parte, & actiones vitæ ab eâ inſeparabiles; anima non minùs in *ungve*, quàm in cerebrô erit principium & ſubjectum illarum actionum: Unde neceſſe *unguem* præciſum cum animâ veluti avulsâ, eandem paſſionem retinere, quousq; per ſenſum communem aliâ introductâ aboleatur. &c. In hunc ergò modum non ſolùm partibus à vivente deciſis: Verùm etiam rebus inanimatis à vulgò ita dictis ſuas ineſſe phantaſias, & interitus latentes *motûs*, multis rationibus oſtendi poteſt. Ad tales cogitationes de reſervatione *ungvium & anit.* pertinet, quod ipſe prædicaverat nuper in bibliopoliô, ſe vitam ſuam vel ad 150. annos extenſurum eſſe, ſi ante 30. annos ſciviſſet, quod jam ſciret. Item ſe poſſidere librum, quem non pro 500. thaleris licitanti tradere vellet, in agone autem velle comburere. O phantaſticas perſvaſiones contra præjudicium verbi divin, unicè longævitatem promittere ſufficientis apud timorem DEI practicum, ſeu fidem vivam. Similiter D. Joh. Wernerus, Calviniſta vagus; *Lipſiæ* in ſecreto Latrinæ mortuus pauló antè, ſibi imaginatus fuerat, apud ſuum inventum Philologiæ jocoſum, ſe vel ſpatium ſeculare poſſe attingere, penes ſabubrem complexionem. Cœterùm g.verebatur *ungves* collutulare in terrâ, ſed non cum

tabacô ejusvè fumô in corpore: quid, quòd hujus fœtorem inviſcera ſugebat, & tamen abhorrebat poſtprædicamentorum purgamina abjicere! Scl. *ſordes* voluit retinere, & *virtuoſa* negligere: incurius de hôc: qvòd illa ſaltem inqvinent, qvæ ingrediuntur in hominem de malâ diætâ; non qvæ egrediuntur Phyſicè retrimenta foràs. Nonne enim apud *contactum realem* magis poſſunt *ungues* ſuum pedorem & ſtercus communicare contiguis viſceribus, qvàm ſi abjecti jacent in terrâ per imaginatum *contactum*, dictum (qvaſi verò) *virtualem*, ſed per cauſam *moralem* ſaltem efficacem apud ejusmodi propudioſam credulitatem & ſuperſtitionem abſurdam in rationis abuſu per vindicem juſtitiam DEI; adeo ut etiam perſvaſio gentilium in *extiſpicinâ* non tam vecors & amens primâ fronte videri poſſit, ac hæc magnetica Phyloſophya apud pſeudo Chriſtianos paſſiva, & tamen activa ubi nullus magnes eſt, niſi per rationem ratiocinatam id eſt merum figmentum. Nam *Ethnici* fortè animadverterunt ex *ominationibus* & præſagiis mentis, principium quoddam internum intra nos movens, quod animos noſtros ita diſponit, ut quodammodò in genere proſpiciamus maturiùs eventum inſtantem, neſcii quomodo? Hinc cauſam arripere potuerunt vani in operibus ſuis & infatuati, ut penitiùs ſcrutarentur ipſorum extorum quaſi fibras, tanquàm elementa commotionum & eventuum gnara. Verùm ubi talis veriſimilitudo proſtat, ſeu reſultat quodpiam ſuppetens conſentaneum apud magnetiſmum adeò imprudenter procacem ſaltem quia *experientia* videtur colludere, & ſic quaſi præludere, ſed mente captis, blennis & Mopſis? dum neſcire volunt, quid ſit *profunditas* ſcholæ ſatanicæ, & latifundium tentationis divinæ apud claram lucem S. Sacræ. Hei, careat ſucceſſibus opto, quisquis ab eventu facta notanda putet! Reſigna, ô miſericordiſſime DEUS, ſigillum grandis illius myſterii, & diffla, quæſo, nebulas, obſidentes præcordia obtuſa & inſolentia illorum, qui geſtiunt veritatem in injuſtitiâ detinere; ut demum cernant ſuam ſtoliditatem apud ſcrutinium & ſoliditatem Tuam verbi, non verò ſcrutinium renum (nam hoc *Tuum* eſt officium poſt conceptus noſtros ſpontaneos: non *humanum* ad latentes in brutis materiis receſſus, ſed θεῖον ibi occultum.) Verùm conſilium experientiæ apud maleſana media inſtituendi ſeu notificandi. Refer huc,

quod

quod Schwimmerus im Physical. Zeit-vertreiber/ p. 205. &c. part. 2. q. 26. statuit *naturalem* effectum esse, quando brutum apud hominem præsentem condolentem diutiùs agonizat in mactatione. Et quoad condolentem absentem, vix rationem dari posse, citra placitum de animâ mundi: quorsum & videtur illud referre, quòd bruta, insperatò licitanteis nacta sæpissime deficiant. Verùm enim verò, ut hîc à DEI providentiâ irritatâ arcanè punitur impeditum commodum proximi, debitè superfluum expetentis, in tenacitate, avaritiá, mollitie &c. possessoris. Ita apud præsentem condolentem deberet bruto inesse anima rationalis, quæ intelligeret gemitum, Du armes Thier/ &c. præ Du böses Aaß/ apud absentem deberet inesse superior, quàm angelica sapientia: Sed, ut ex sacris secretis dubium concilietur; *partim* Numini tentanti, *partim* indignanti acceptus ferendus est effectus, si quid, præter opinionem & imaginationem, veri obtinet: nim. num Naturalismus pergere velit, præter operationem divinam, in talibus absconditis, aliam causam scrutari? vel an animadvertere velit hîc, quomodò justus etiam jumenti sui misereri debeat, ad scripturæ monitum? Prov. 12, 10. Exod. 13, 19. c. 23, 5. 12. 1. Sam. 6. v. 7. Confer hic *Quistorp.* aliosq; commentatores. Adde abominationem recentioris inventi, puta *calcarium*, spinarum ad calcem pedum rusticorum &c. Siquidem veteres Romani nondum aliquid de tali tormentò assumsêre: Vide Salmuth. in commentar. ad Pancitollum. &c. Si verus possessor potest jugulare ad communem usum, quid πολυπραγμοσύνη dissentit? consentiat potiùs, & mollitiem muliebrem inhibeat, ni velit, ut creator illud pejus torqueat, quòd minùs cupit affligi creatura rationalis. Ut in pecus non fit injuria, ita tunc dominium plenum homini concessum, absque tali fœmineâ commiseratione. Lugeat homo, quem lugere debet, nimirum misero proximo succurrere discat. &c. Et asinum prolapsum proximi sublevet, ad præceptum Mosis, ut quem labi quandoq; sivit DEUS, ut proximi præsentis condolentiam tunc probaret oportunum, siquidem & *Lessius* de statu vitæ deligendo §. 93. pag. 100. inter novem malitiæ gradus refert, *primum*, jumenta & pecora inimicorum errantia vel lapsa negligere. Imò ut sic reconciliationem procrëaret inter dissidentes, ad virtutem æternam, putà *Amorem*,

rem. Quòd sympathicos intempestivos attinet homines, sunt illi plerumq; molles fœminæ, attendentes seu plausibilem ipsis elegantiam, vel desiderabilem conversationem absq; officiosâ functione in procurando victu, subnatam ex mollitie apud perditè amantes, illa ut inutilis, ita gravitati meritô exosa. Hetzeln & lieben differunt: nam & *amor* sua extrema experitur & *timor*. Infecit verò etiam concupiscentia protax *Evæ*, seu sequioris sexûs, proh dolor! non paucos mares suâ contagione facili, ex visâ affinitate seu vicinitate vitii cum virtute, vel boni apparentis cum verô apud inertes & improvidos: dum ut plurimùm vocabula pravitatis cum rectitudine permutant, ex deceptione insidiantis voluptatis perversitati gratificantur, ad proprium exitium promeritum; quia citra ponderationem brutô obtutu & impetu blandimenta amplexati sunt. Ut dum dicitur: Er mag gern was gutes Essen und Trincken/ & sub intelligitur apparatus cuppediarum, aromatum (etiam ex *Foresti* prudentiâ valetudini secundæ obstantium: ceu quorum exsortes fuerunt majores nostri, ideò longæviores per DEI gratiam, sic beneficam apud illos, qui victum suum facilem æqui boniq; consulunt, contenti præsentibus ex indigenatu.) pretiositatum exoticarum, &c. compositionum magnarum ferculorum vel mensarum dubiarum. &c. Quasi verò sic viles cibi non contemnerentur, & non mali vel minùs boni (nam bonitas nullos tales gradus agnoscit: Unde vix in ullâ linguâ ex positivô habeas comparativum: sed aliundè formatum, ut etiam prætereà in diversó statu significativum.) venditarentur, ad despectum Creatoris, sed ex ejusmodi ἀταξίᾳ indignè reformati à creaturâ difformi vel ex inscitiâ refragante. Caseus & panis sunt medicina sanis, & frugalitatis suæ celebrationem, veritatem & emolumenrum nunquàm deponent apud delicatum mundum!) Porrò impia est *Schwimmeri* ratio, part. 1. qu. 47. p. 295. &c. De exstinctione ardentium à cœlô tactarum rerum, quasi *ignis* ille lentorem pinguem & sulphureum obtinens non nisi compactiori graviori humore, *lactis* præsertim, possit supprimi. Nam ut vera & pia ratio non sinit creaturis abuti, nec potest apud devotum; sic indignatur creatorem ita frustrari fine suô in *fulgure* immissô vel ex punitione peccatorum ad pœnitentiam, vel ad portendendum; de quô Francken-

ckensteinius in Agell. contra Freinshemium Vide Dissens. Nostrat. *Naturalismus* sic procatur gratiam, quam tamen etiam frustrà ambivit apud M. Georg. Casp. Kirchmajerum, Witeb. 1660. de raris & admirandis arbor. quibus dam. (*Torga* Misniæ profectò, plures semper passa clades est fulminis immissione, quàm nostra hæc *Witeberga*. Causa in proclivi, illius soli gleba pingvissima; hujus verò macra atq; arenosa; plura de Angliâ in Antichr. Atheismô: Similiter *ignem fatuum* eliciunt ex viscosâ terrâ, vide Tabb. Astroscop. de Castore & Polluce.) Miserrima & mirandissima res est quoad cæcitatem nostram, qui novimus omnia esse bona creata, & nullum *malum*, nisi ex abusu hominis per peccatum; per quod etiam homo *malus* fit & factus est: quòd non tàm de remedió certô nos circum spiciamus, (quum tamen nos DEUS *tàm* de illô prospexit, *quàm* certos de statu prolapsô fecit.) quàm ad incertum procurrimus. Ut nunquàm eluctemur, sed semper cum luctu magis magisq; implicemur. Attendere jubemur severitatem DEI in punitis, ut stantes circumspectè stemus, seu lapsi erigamur. Heus, si misericordia DEI non continuâsset, & quotidiè manè haud nova esset, dudum periissemus apud justitiam vindicativam. O cæcitas pejor Ethnicâ; hæc enim consulere novit libros Sibyllinos, quoties *calamitas* magna cœlitùs dependet. Et *Christianismus* obtusior est apud acumen sacri gladii ancipitis suam autoritatem *vindicantis*, & impugnantium falsitatem *indicantis*.) metiens omnia *Taurellismô*, & illi cuncta accepta ferens, vel quasi fortuitô & casu talia facta fuerint; cum tamen singula supplicia sint emendatoria, & commendantia Monitoria verbi divini! Nonne apud talem Philosophiam Natura vesana seipsam destrueret & DEus improvidus fuisset, qvoad curam ob finem ultimum in rebus, seipsas primâ fronte corrumpentibus? Cui bono sic *Torga* periculosior esset, quæ fertilitate majori pollet ab eôdem principiô ad majus bonum ex fertilitate redundans, & in festanti incendio adversans? duo principia sic nolens volens Philosophia admittere deberet! QUI voluit, ut ingeniculatim supplicemus ad patrem Misericordiarum, ut inhibeat virgam strictam; quemadmodùm ad bonum successum aliquoties audivi Ecclesiastes in plateis devotos ejusmodi flammarum vim avertisse, (ad mentem Epist. Hebr. quæ sic pro *fide* laborat, ac

X Schwim-

Schwimmerus pro *fideliâ* lactis.) ubi maxima fuit; *ILLE* noluit, ut lapsi de *genu* etiam pugnemus adversùs manifestam veritatem: (ceu loquitur *Berneggerus* in Epist. ad Robertinum pro systemate Galilæi: ipse antagonista veræ veritatis, in S. sacrâ unicè prostantis contra motum Telluris.) *Efficiens causa* fulgetri vult etiam invocari ad inhibendum effectum suum: non ut nobis ipsis, ita *tentatis* ad perspicuitatem verbi sui, abutamur, nec ut nos *obduremus* auxiliô *lactis* ad præjudicium verbi; ut quod verbum tempestatem *sic* soli DEO constanter attribuit, *ceu* philosophia contrà nitens circa aliud principium speciale occupatum est. Num permittemus Magiam, cingarismum (vide *Artomantiam.*) efficaciorem esse fide Christianâ ad averruncationem flammarum? Num tam diu exspectabimus, donec secundùm *Schwimmerum* p. 300. ignis degeneret ex diversitate materiæ in leviorem naturam, viresq; priores amittat ad communis aquæ energian? Heus, tunc DEI ira quasi consummata est. Vult autem implorari statim tempore irruentis calamitatis: nam sic ignaros omnes docuit, & ab impiô conatu deterruit apud infucatam seu sinceram fidem, timoremq; super omnia ex omnibus viribus, hoc est, ut tunc nullæ vires insumantur vel in profundendum lac, seu aquam locô lacrymarum. Sic & intentionem DEI perfectam fuisse hariolor ubi *Amuleiismi* emolumentum eventualiter admirantur incurii, (qui non attendunt in opera DEI!) *Schwimmerus* im Physical. Zeitvertreiber/ *part.* I *quæst. 6. pag. 60. &c.* pulverem sympatheticum & Hopliatriam conatur probare vel roborare cum lacte *per efferbescentiam* exundante in focum æstuantem: unde uber vaccinum sangvine stillare incipiat, ut afflictum ab atomis lacteis in flagrantiâ revertentibus ad pristinum domicilium; illudq; unà incendentibus. Apage cum *Syncretismô* tali anilium fabularum, utpote magis collacteô superstitioni, qvam sapientiæ parallelô: Cur reverterentur adusta minima mista ad papillas? num ut qverula de injuriâ, seu condolentiam excitura: quia præstat socios habuisse laborum? cur non &, ob similem angorem, ex ollâ calidâ confugiant ad mammam, ut semper æstuet uber? Forsitàn priùs admittis, quat. per evaporationem copia lactis in ahenô fit minor. Sed num etiam ad consensum uberis abhinc sangvinolenti?. Scl. semel inclinato & mansvefacto ad nu-

gos-

gositatem, facilè verisimilitudo oboritur ad credulitatem, (sed faciliùs adhuc redarguenti ad risum!) unde nulla opinio tam absurda, quæ non suos ex serò invenerit exósculatores: Verùm si laudatur ab his, culpatur ab illis. Num semper sangvine prurit uber, apud lactis effusionem in flammam? vix admittes. Quod autem aliquando contigit, se ipsum sic aliorsum refert, & referri exigit: fortè plus justô papiltas ancilla tunc pressit, vel DEO, tunc punienti hospitem, ita *tentare* lubuit ad naturalismum se accommodantem, ut pervicaci eò minus pateat. Fœtor emissus fortè ad emittentis nares retrogreditur, (Dein eigen Geruch wird dich beissen!) sed & non minus alios in peripheriâ molestat. Adeò ut ineptissimum sit, ita sentire, & aptissimum dissentire: sed absurdistæ sibi plaudunt, dum ab aliis exploduntur! Feliciores, quia præ anicellis ἀλόγοις pollent probabilitate ex Topismô; ubi illæ cum ignarissimis ex Tacitô respondent quæsitæ de causâ pronuntiati. Num & *crambe*, ita coquendo exuberans in focum, caules suos affligit ad marcorem in hortô? Vel *poma* in cinere ustulata arbores suas ad putredinem vellicant? scl. felix, qui potuit rerum cognoscere causas, vel quid pro quô effutire, ne videatur nihil dixisse! Et quò futilior sit ratio, eò plausibilior videatur responsio & passionis explicatio. Facilis jactura fundamenti, modò superstructum quadantenùs hæreat super illô. ut *baculus* stat in angulô, pro crastinâ pluviâ (tu fortè præsumis de *baculô Jacobi*, in *Orione* nimbosô, ex angulari aliquâ domô aspectum ptæ se ferente. Alius de scipione adventantis *Apostoli* pone ostium locatô, penes illud dicterium vulgi, wenn Pfaffen und Münche reisen / so regnets gemeiniglich: scl. ad salutare auditorum, vel malorum angorem &c.) simili phantasticô principiô laborat Magicum, ubi malum malô compensantes suis mediis fidunt, tanquàm satagentibus, & si quod malum stercus, propter vicinum malum, repertum fuerit, ante ostium domûs ex destinatâ operâ offendendi exoneratum: tunc vase prunas ignitas ex focô seu fornace colligunt, eisq; merdam obruunt; ut nates malefici inquietentur, & non sedatus seu sedentarius esse possit præ afflictione (eruditi addunt) atomorum incensarum, & cognatum locum petentium: Et hîc quidem halentem adhuc merdam desiderarent, non verò frigefactam & atomis suis

 pri.

privatam per evaporationem. Quaſi verò, per ſuffuſum calorem non novæ & aliæ excitarentur ex penitralibus: ſi quidem hinc *odor* effluvialis ex carne coctâ &c. quocunq; tempore quodammodò ſatiat, ſeu appetitum parumper ſedat, ſive ſit recens mactata, ſeu pridem: imò, quò diutiùs in æſtu retinetur, eò plures exſpirantes perdit vires: quod Schwimmero d. l. part. 2. quæſt. 13. p. 131. (Confer Nicolai de Pane.) lubenter concedo. Verùm quæ convenientia hîc inter coquum præſentem, & *vaccam*, ſeu *cacantem* abſentem? Nulla! & tamen ſequitur effectus. Concedo & illum, aſt non ex debilibus & egenis illis elementis; verùm ex directione DEI, malum malô reddentis impœnitenti! Si Mulier mulgens præ avaritiâ uber vaccinum nimis diu ſtrinxit, ut nihil humidi ſuperſit, poterit DEUS vitium in exceſſu punire, ut aliâ vice, pro lacte, ſanguinem reſiduum viderit, cum præpoſterâ commiſeratione ſuæ immiſericordiæ, & fruſtraneô votô proventûs ulterioris. Maſſe iſt zu allen dingen gut! Blutendes Euter (: פ׳לה רז רוץ עי טרי *ſegregavit ille exſiliens* (homo) *copiam humidi*: vel Euters Blutung (: עד־עריץ פולט אנח *prædâ violenti effugientis gemit*: En loquax uber, ut aſinus Bileami fuit olim! Sic: Arſes Unruhe (: עד שוש אין ־ רע *inimicus gaviſus fuit luctu proximi*. En *Democritiſmum* atomorum ſacrum! palpâ hîc judicia Dei occulta, colludente qvidem obliqvè *Naturaliſmô*, ſed parum ad rem faciente! nam caret hic αὐτενεργεία, judiciôq;: indiget autem ſubſidii alterius dirigentis, ad bonum finem, hoc eſt, Omniſcii archigubernæ, qvi in abſentes ſanè non iterum inducit ſemel egreſſa effluvia; ut qvæ in ſuccinctâ peripheriâ diffundi ſemper ſinit, uti aliàs fecit. Non oporteret eſſe Omnipotentem, ſi non absq; illis poſſet papillas ſangvine rigentes facere! Ut ſic naturaliſtas oporteat eſſe ἀλόγους, qvi effluvia 1.) tunc unicè rurſus in 2.) clauſas papillas irrepère nugantur; nedum 3.) qvòd talem effectum per ſe præſtandum ab illis ſibi vix perſvadere valeant. Sed qvid vires imaginationis non præſtant ſubjectivè? Si qvà à gravidâ aſpectus mus, non murem in embryone producit, producit tamen in fœtu phantaſticô *Phyſiſtæ*, ſeu hominis animalis. Parturiunt montes, naſcetur ridiculus *mus*! nam uti oportet eſſe ſcandala, ſic & Entia rationis ſeu figmenta cordis; qvorſum pertinent omnis ſuperficiaria ſophiſticatio ſeu nugis condita ſvadela, & Phaleris veſtitum conſilium

silium vel Ratio. Nim: ad porcos & sues pertinent qvisqviliæ, putamina, cortices: sed medulla ad *homines!* Simile stultiloqvium leges etiam in *Kircheri* Jocosis physicis, de clavô ex rotá facinorosi, aptatô instar foraminis dioptrici ad bombardam; ut semper collum avis transverberetur à jaculatore: qvod Noribergensis glossator non in totum rejicit; quia clavo tali virtutem aliqvam peculiarem impertiatur. O vesaniam malâ cruce dignam! Qvæ pactum implicitum Satanæ côôperantis non vult agnoscere, sed seipsum decipiendo inficiari, se obtusiorem facere ex aliqvali eventu, qvàm gentiles ratio fecit.)

XXV. *DE SYMPATHIA ET ANTIPATHIA.* Cardanus p. 1038. lib. 16. de rer. var. c. 90. *Candela* ex sevô humanô accensa, delataq; loco, ubi thesauri reconditi sunt, strepitu illos detegit, inde etiam dum proxima fuerit exstingvitur. Qvod si verum est, ex Sympathiâ contingit. *Sebum* enim ex sangvine: Sangvis autem sedes animæ atq; Spirituum, qvæ ambo cupiditate auri & argento, dum homo vivit, tenentur, & ob id etiam sangvinem perturbant. Itaq; velut in coriis *arietis* atq; lupi *Antipathia* regnat qvanqvàm mortuis; ita hîc Sympathia. *Resp.* Ubi *Thesaurus*, ibi & *cor* vestrum! dictum qvidem Numinis est, sed moraliter intelligendum. Cæterùm causas Symp. Antip. promissas, nondum autem præstitas, lege apud Th. Bartholin. de luce animal. Joh. Jessenium à Jessen. Witeb. 1599. Disp. de Symp. & Antip. qvi ex influxu planetarum operationes creat, qvos cum Græcis vocat κ. σμ. κ. ἀλεξας, Θεὺς βυλαίυς, consiliarios *Deos* & ἑρμηνεῖς, interpretes nominat. *Peucero* p. 374. oriuntur ex mixtione formalium qvalitatum. *Job. ab indagine in Physiognom. c. 7. lit. H. 5.* Apollonium Thyanæum fama est in *Ephesô* depræhendisse *Saturnium* senem, qvi solâ præsentiâ suâ totam urbem infecerit pestilentiâ. *Resp.* Sed cur non semper & citius, qvàm aliqvando? Cur non & seipsum, vel cibum, ut & ipse inde periisset?

XXVI. *ADIAPHORIA.* Der Glaube bestätiget alle Dinge. Sacerdos qvidam confessarius tentavit aliqvando mulierem in templô, & qvidem in locô confessionis, suspectam qvippe veneficii & incantationis. Hôc modô, & qvidem semper insidosô & callidô: Ob sie nicht könne diese oder jene Kranckheit vertreiben? Neg. Ach nein! Sacerd. nun könnet ihrs etwan nicht mit Kräutern oder Salben/so wer-

det ihrs etwan mit Wörtern verrichten könnnen/oder mit Creutzen und Handstreichen. &c. Illa autem semper, se aliqvid hâc de re cognitum habere, negaverat. Institit interim tamen indesinenter sacerdos, mox hoc, mox illud proponendo, an fortè aliquod indicium rescìscere & expiscari satageret. Illa autem semper ignorantiam suam in Magiâ prodidit. Sacerdos autem adhuc interrogavit, & dixit, sie würde ja was davon wissen. Sie solte doch nur einmahl es für die lange weile versuchen/ und sich so stellen/ als wenn sie es sonsten machete. Sie solte etwan die Hände so etliche oder 3. mahl Creutz weise auflegen/ und mit dem Maule so etwas heimlich reden: Hülffe es ja denn nicht/ so schadet es auch nicht viel! Verùm omnia frustra, mulier malè flagitii suspecta per tentationem nihil facessere & aggredi potuit, & voluit. Sed jam ecce, quid fit? Eadem mulier aliquando, in subsequentibus temporibus, à vicinis forsan in *febri* aliisq; morbis consulta; num fortè remedium præsentaneum haberet contra denotata & exhibita incommoda, asseruit, addens, ut saltem personas afferant: Se enim illis mox esse subventuram & à symptomatibus liberaturam; apud se continuò sacerdotis verba recolendo, quæ imbiberat quasi directè, citra recognitionem, an benè vel malè sic procederetur? Ecce successit res aliquoties benè, liberatq; multos à lue variâ. Operata autem fuerat nunquàm non ad gesticulationem Ecclesiastæ, nim. ter cruciatim manus imponendo & admurmurando. Hilfft es nicht/ so schadet es nicht. Donec tandem res propalata & publicè veneficii apud judices accusata est medica. Quæsita autem recitat ingenuè singula & profitetur doctorem suum: Qui citatus posteà maximum discrimen subiit, adeò ut fidiculis examinatus enarraret candidum suum animum, nihil sibi mali conscium, modò quòd subdolè mulierem *Magiæ* suspectam examinaverit, & obliquè problemata proposuerit, an quippiam elicere posset, aliquô modô quasi condescendo ad similia, jocosè subjungendo, hilft es nicht/ so schadet es nicht/ ut duntaxat eò callidius ad experimentum & specimen aliquod putatæ dæmonologiæ edendæ inescaretur, non verò ut eadem hæc verba in usum traduceret amoliendi per admurmurationem. &c. Re sic cognitâ omnes dimissi sunt, & ludibrium *Satanæ*, qui apud incredulos (putà salutaris & unici salvifici dogmatis

Chri-

Christiani, credulos autem & quidem maximè superstitionum anilium. &c.) efficax fuit, evanuit, & explosum est. &c. Eodem modô commemini me à præceptore *Halis* audire: professorem olim quendam *Witteberga* fortè à cathedrâ nonnulla vana remedia febrim depellendi recitasse, studiosum contrà quempiam, non omnia attendentem (nim. hæc eum in finem proferri, ut modi isti curandi eluderentur, sed contrariô potiùs sensu ea imbibentem; ac si genuinam præstandi hunc vel illum effectum haberent virtutem,) sed aliquos modos ex his consignantem, & posteà datâ occasione contra Febrim applicantem, semper malum illud febrile iis fugâsse; dum haud aliter ratus fuit, quàm quod idem ab informatore Medicæ artis intentum & deprædicatum sit. Donec tandem circumstantialiter quæsitus, à quô sic edoctus sit; rem protulit; & à professore aliter informatus vim sanandi amisit apud confidentiam exutam. *Lignaridus in oblect. Academ. c. 12. p. m. 106, &c.* Diabolum ad decipiendum homines abuti sæpissimè rebus, quæ per se ad producendum effectus tales nihil valent. Addita admonitio, de curâ morborum superstitiosâ. *Gotschalcus* monachus scribit, se fœminam novisse, quæ cum gravissimô oculorum dolore ægrotaret, Scholasticum, remedium petens, accesserit. Ille, licèt remedium nullum teneret, tamen spe præmii, quod anicula pacta fuerat illectus, characteres subitò, quos anteà nunquam viderat, quibus nullam inesse vim credebat, fingit; his verbis adjectis: Der Teuffel reisse dir die Augen aus/ und scheisse dir in die Lucken. Hoc est, Diabolus oculos tibi eruat, & merdâ (sit honos auribus) locum eorundem repleat! His exaratis, jubet *schedulam* collo appendi, non aperiri, fortiter asserens, fore, ut confestim oculorũ dolor remittat. Quid fit? mulier sanatur. Sed ut curiosus est sexus ille, facere non potest, quin post septimanas aliquot, chartam aperiat, aliisq; inspiciendam & legendam tradat. Legitur, ridetur, mulier concitata papyrum abiicit; sed in pristinum oculorum dolorem confestim recidit. Quis vero hic non videat, verba per se ad recuperandum sanitatem nihil contulisse: sed diabolum, ut vel Scholasticum, vel mulierculam superstitionibus irretiret, per nihili & nequam remedium, operatum fuisse? Simile quiddam de se refert, doctissimus Cimbriæ Theologus *Nicolaus Hemmingius*. Cùm enim

Dia-

Dialectica doceret, & περὶ τῆς εὐπορίας τῶν προτάσεων ageret, recitavit versus olim in scholis usitatos:

Fecana, cageti, daphenes, gebare, gedaco,
Gebali stant, sed non stant, phebas, hecas & hedas.

Hisce recitatis, Jocô addidit: carmen valere ad fugandam febrim, si singula verba pani inscripta, singulis diebus, febricitanti comedenda exhibeantur. Commodùm aderat simplex, & credulus quidam, cujus famulus febri tenebatur. Herus igitur servitium sibi restitutum cupiens, verba, prout acceperat, exhibet. Quid fit? homo restituitur, remedium febricitantibus omnibus certatim exhibetur, & quidem cum successu. Theologus, ubi rem accepit; jocum exponit, nec ulla deinceps verborum est efficacia. Vel hinc quoq; videre licet, quid stulta faciat persvasio; quæ cum Diabolo sit grata officina, inde variis modis miseris mortalibus solet illudere. Istud insuper moneo homines superstitiosis curationibus addictos: caveant sibi ab insidiis Diaboli. Ut enim non dicam, insaniam esse maximam, corpore valere velle, ut anima pereat: Ipsa sanitas, quæ superstitiosè acquiritur, ut plurimùm sanitas videtur, sed reipsa non est. Quemadmodùm enim *Diabolus*, sagis ac magis mania rerum simulachra plerumq; exhibere solet: ita quoq; restitutionum illius, ut plurimùm vana tantummodo apparet species. Vidi, inquit Fernelius de abditarum rerum causis lib. 2. cap. 16. Scripta chartula, collo subnexa, universi corporis icterum, unâ nocte detergeri, vidi & febres, verbis, ceremoniis, quadantenùs profligari, sed quæ mox similiter aut deterius recurrerent. Narravit Guilhelmus Fabricius Chirurgus experiens & præstans, amicus noster, se vocatum ad fœminam nobilem, quæ imprudens cultello sibi vulnus in pectore infixerat. Ex consilio igitur alterius cujusdam, aliis omissis omnibus, in id incubuisse, ut obligatô, *magicô* more, *cultellô*, quo plaga imposita fuerat, sanaretur. Quid fit? Remediis applicatis ad ferrum, sanatur vulnus. Jamq; se evasisse fœmina misera arbitrabatur, cùm paulò pòst rubor apparere, augescere, deinde dolores intendi, adeò ut intolerabiles omninò essent. Hic demum ad fastidita prius remedia Physica recurritur, & docta, amici nostri manu, sanitas in-

tegra,

tegra, mulieri redditur. Hæc perpendant, qui curam *Magneticam*, veriùs *magicam*, ad cœlum usq; laudibus extollunt. Ergò Temeritas fugienda. Non ames periculum. Periculum vitæ quantum potes declina, neq; te ipsum in præsentissimum conjice discrimen. Temeritas enim est perniciosa. Non suffocaberis, *si lotionibus frigidis te abdicaveris.* Si licet tibi esse immuni á lue pestifera; non te ipsum perdes tuâ temeritate, & conffidentiâ: quia dicitur: non tentabis Dominum D. tuum, &c. Non occides. Et libertas ipsa *voluntatis* locomotivæ imperantis instinctu mentis te admonet, ut corporis incolumitatem & salutem cures. Abstine á lusu *chartarum, si doles jacturam argenti.* Non te ausu temerario credas aquis, si iter licet facere terrestre. Non te deiicias ex loco editiori, si inde per gradus potueris descendere. Non te abiice in flammas, si prætereundi & declinandi easdem potestas fuerit concessa. Vitanda itaq; sedulò est temeritas, quæ juxta ordinem naturæ ruit prona in discrimen præsentissimum. Vult enim DEUS *continentis ripas pontibus jungi: vult* navibus & cymbis aquas secari: ex locis editis scalas & gradus deduci: Ignem foveri in foco & furnis. Ordinavit cibos, potum, vestes & omnia præsidia corporis: Huic ordini divino non refrageris, sed huic obsequaris. Sin minus; periculum etiam, quod illam temeritam comitatur, non sub terfugies. (*M. Th. F. mon. Pat. 69.*)

XXVIII. ***DE VI INTERNA VERBORUM.*** *D. Zachar. Brendelius Medic. Jen. 1612. in orat. funebri super D. Jac. Flachium, Med. Jen. lit. C.* Minimè probavit arrogantes & superstitiosos illos, qui cum se Hermeticos nominent, non modò principia nova, novamq; planè artem fabricant: Sed etiam, quod ferendum minimè est, artes quasdam defendunt superstitiosas, ut præsidia quædam curandi morbos per *characteres*, & *sigilla*, in quæ isti *propter cognationem Spiritus* sui, ex quô iidem, tanquàm ex parte tertiâ, reipsâ à corpore & animâ distincta, naturam hominis, ut & aliarum rerum, architectantur: propter cognationem, inquam, Spiritus sui cum sideribus, interventu *imaginationis*, *siderum* vim atq; influxum attrahere & imprimere, imò astra ipsa imaginatione suâ inficere (Sic enim loquit. *Crollius, præf. in Basilicam chymic.* librum alioqui aureum,) & cum *fide naturali* seu sapientiâ in crêatione omnibus hominibus insitâ omnes operationes

 magi-

magicas efficere se posse gloriantur, aut per verba quædam enunciata, vel demurmurata potius, perq; DEI & Angelorum nomina *peregrina*, ad quorum pronuntiationem tota rerum natura obstupescens cedat & obsequatur. *Cabalam* vocant artem; hanc vocabulô ab impiis, perfidis & blaphemis Judæis acceptô, quam isti Mosen, á DEO in monte Sinai acceptam, non in literas retulisse, sed vivâ voce successione quâdam posteris tradidisse, eaq; instructos & *Mosem* & *prophetas* omnes ea miracula, quæ in sacris celebrantur, edidisse, impiè nugantur, quomodò & in historiâ suâ *Justinus*, *Mosen* arte Magicâ populum suum per mare Erythræum duxisse affirmat: cum tamen ex S. sacrâ constet, Sanctos illos homines non nisi jussos à DEO opera illa edidisse; quin & DEO per ipsos interdum nihil tale cogitantes, & ob id non motu propriô, aut arte quâdam, ea facta esse. Quid verò dicam de eô, quod perditissimum hoc genus, ipsum Filium DEI *Jesum Christum* hâc ipsâ arte miracula sua edidisse, horrendâ cum blasphemiâ mentitur: quos ipsos etiam recens quidam DENARII Medici autor imitari non veretur, addens insuper dolendum esse, quod hæc facultas Christi adventu sit extincta, artis nim. hujus possessionem Christi carentiâ redemturus: & mox per nomen JESU *ineffabile*, inquiens, multò majora effici, quàm per nomen JEHOVÆ apud Judæos: quorum omnium memoria silentium mihi imponit. Legat, qui volet, hâc dere *Lutheri librum* de *Schembamphoras*, tom. 8. Jen. Germ. & *dæmonomaniam* Pistorianam præstantis Theol. *Jac. Heilbrunneri*, *Lavingæ* editam. Idem hominum genus Christianis hominibus svadere audet *familiaritatem* quandam cum *cacodæmonibus*, quos spiritus DEI vocare audent, cum tamen Angelos bonos non esse, quibus cum artificio cabalisticô familiaritas & amicitia contrahitur. (1.) Ex eô pateat, quòd Angeli boni sint ministratorii Spiritus non ad impios Judæos & cabalistas, sed ad credentes & salutis æternæ hæredes missi. (2.) Quòd iidem non patiantur sibi eos honores ac cultus tribui, qui soli DEO debentur, quosq; *cabalistas* spiritibus suis tribuere constat, fiduciam nempe & adorationem. (3.) Quòd nec probant, nec adjuvent superstitiones & abusum divini nominis, qui in cabalisticis operationibus locum habet. Ad extremum, id quoq; vehementer dolendum, quod *Pseudo Hermetici* isti horrendum.

dum admodum literis sacris abutantur, quæ cum singulari DEI beneficiô nobis patefactæ & prophetarum atq; Apostolorum monumentis compræhensæ, ac fremente Satanâ & Tyrannis ad nos usq; transmissæ ideò sint, ut ea quæ ad æternam salutem nostram pertinent, inde cognoscamus. Isti, si diis placet, artes profanas & momentaneæ solùm huic vitæ servientes inde exstrui, & præcipuè *transmutatione metallorum* ac *lapidi Philosophorum* fabricando eas servaire contendunt. Itaq; quæcumq; de *Christô*, de ejus personâ, de duabus ipsius naturis, de communicatione idiomatum, de officio deniq; hujus in sacris literis dicuntur, ea mox analogiâ quadam ad lapidem istum accommodant, quem non modò sanctum vocare, sed etiam cum Christi sangvine comparare audent. Et quemadmodum Christus, inquit, *servator* est hominis *Microcosmi:* ita lapis iste Philos. *servator* est totius mundi & *Macrocosmi*, non modò omnes *microcosmi* morbos curans, sed etiam omnes *macrocosmi* seu mundi defectus sanans, adeoq; species metallorum & aliarum rerum creatarum imperfectas plusquam perficiens. O tempora, ô mores! ô blasphemiam inauditam, & minimè in Christianorum cœtu tolerandam! Nobis indicâsse ista sufficiat admonendæ juventutis gratiâ, ne decipiatur. Sicut enim nullum venenum periculosius est, quàm quod sacharô, melle & aromatis conditum atq; lautiss. & svaviss. ferculis clam admixtum præbetur; ita nullus error perniciosior faciliùs sese animis hominum insinuare potest, quàm is, qui *occultè* libellis illis, in quibus eximia quædam alioqui continentur, quiq; ob id inter literatos clam versantur, (audias hinc vel à doctissimis Theologis *publicè* damnantibus Astrologiã, & privatim insusurrantibus aliis: Was soll d Kue Muscat. zc Man muß es nicht einẽ jedẽ Baurn auf die Nase klebẽ!) & tanquã arcana asservant. spargit. De *barbaris* vocabulis ejusmodi confer *plagiarism*. Simili plantasiâ laborat *dialogista* apud *Galilaeum de Galil. dial. 1. system. mundi. p. 77.* qui ex probâ permixtione literarum *Alphabeti*, verissimas omnium dubiorum solutiones esse depromendas, omniumq; sententiarum, artiumq; præcepta indidem exstruenda asserere haud veretur: uti sibi promittit centonibus Virgil. Ovid. omnia hominum negotia & secreta naturæ meliùs explicare, quàm alius cum *rapsodiâ Aristotelicâ*, vel combinatione variarum dissemi-

naturarum particularum inde succum extrahere. Pertinet huc temeritas *Cabalistica* apud *And. Libavium (Coburg. 1609.) dissert. de universalium & summorum generum*, quæ vulgò in scholis *Categoriæ*, *seu prædicabilia & prædicamenta* nuncupantur, *origine* & *usu antiquô* ex *cabalâ*. i. e. traditione priscorum, abstersâ impietate exsecrabili recentium *Rabinorum*, aliorumq; Magorum, qui vafricie *Azazelis* i. e. draconis antiqui persvasi, haud dissimiliter *Evæ*, divinam sibi sapientiam & potentiam per illam doctrinam arrogarunt. *th. 35.* Itaq; ad demonstrandum voces naturâ magis significare, quàm pactô, cum *Socrate*) ut fundamentaliter rationes *nominum* expedirent, ex permutatione variâ literarum radices exsurgere intellexerunt. Hinc emerserunt 32 semitæ *cabalisticæ* denario seu decem modis additis ad numerum literarum vicenarium cum binariô, qui numerus ad universam linguam Ebræam sufficit, sunt & ipsa ad omnia essentialiter nominanda. Vide *Eliæ Hütteri* cubum, crucem, globum. Qui ergò scit literarum Ebraicarum vim per arithmeticas supputationes, aut geometricas figuras descriptas, transmutatas aut harmonicè consonantes ex formis characterum conjunctionibus separationibus, tortuositate, seu obliquitate, directione, pleonasmô, ellipsi minore, majore, coronatione, clausurâ, apertione, & ordine resultantes (inquit Capnio ex Rembarne, recensente Heilbornero) is assequi potest quinquaginta portas intelligentiarum & universitatis conditione explicare, sicut & Moses, & Salomon, qui quidquid sciverunt, & literarum & numerorum cabalâ istâ dicuntur invenisse. Cum literæ numerorum sint figuræ apud Ebræos, numeris tribuunt id, quod & literis. Sunt autem duplices, materiales & formales. Agrippa ait, *vires* non sunt in vocalibus, numeris, & mercatoriis; sed rationalibus, formalibus & naturalibus. Quicunq; scit vocales & naturales cum divinis conjungere, & contemperare, is potest numeris operari mirabilia: simplices signant res divinas, *denarii* cœlestes, *centenarii* terrestes, *millenarii* res futuri seculi, &c. Hæc ille, qui posteà ista sua commenta vocat *scholam scelerum*, & *impias nugas*, seq; hoc profecisse scribit, alios ab istâ *diaboli maniâ* dehortari. Idem etiam rebus nomina essentialia imponere potest, & per ea admirabiles earum virtutes attrahere, præsertim administrante *Flagô* illo *Paracelsicô*, *occultorum*

prodi-

proditore, vel *geniis cabalisticis*, & *imaginatione*, viq; mentis Corneliana & *Avicennaâ*. Nam, ut vult *Agrippa*, animus attentissimus conjungitur cum stellarum intelligentiis, & posteà per imaginationem, & sermonem, vim imprimit in characteres, & literas, quæ ut per se sunt efficaces, ita longè validiores redduntur societate, anagrammatismis, & aliis passionibus, nusquam deficientibus intelligentiis illis 50. ex prædicabilium & prædic. coaptatione natis. Verbum internum (ὁ ἔσω λόγος) inquit Magus Nettershemensis, animæ motum & cogitationem communicat cum verbô pronuntiativô (προφορικῷ τῷ ἔξω λόγῳ) quod verò non tantum mentis conceptum transfert in alium, sed & virtutem loquentis, adeò ut immutent *tum* animatas res, *tum* inanimatas, præsertim si sunt linguæ sanctioris, cujus signa vim obtinent rerum cœlestium. Maximè propria nomina quasi vitam in se reconditam habent, & sunt rerum radii, dominante in ipsis earum essentiâ. (Heic fabula Orphei & Amphionis desinit esse fabula.) Tantundem itaq; valent, ac res ipsæ, cum imposita sint secundùm stellarum influentiam; & ab hominum arbitriô, intentioneq; validiora effecta (Ratio petit princip.) Idem dicit de *orationibus*, sive enuntiatis, s. scriptis. De *literis* narrat, quòd habeant suos characteres, non hominum arbitriô, sed divinâ dispositione (confer *mihi* Naturæ Alphabetum *Helmontii* junioris (*Noriberg. A. 1672.*) unde cum cœlestibus corporibus & virtutibus consentiant, idq; præ cœteris tribuit Hebræis, tamquàm plenisss. cœlestium mysteriorum, quæ ut à primâ causâ sint profectæ, ita ad eam reduci possint, deferentes se rerum vim & essentiam, adeô ut literæ Ebrææ sint fundamentum mundi, & omnium creaturarum, in quibus oporteat *Magum* tamdiu combinando discurrere, donec incidat in vocem Hebræam in S. Sacrâ exstantem, vel in expressum ejus textum, unde posteà *oraculum*, & sapientia abstrusa existat. Hæc isti quidem vanissimè impudentissimeque mentientes comminiscuntur, cum certum sit, quamquam DEUS ipse aliquibus rebus vocabula imposuerit, & confuderit lingvam in *Babyloniâ*; tamen *Adamo* appellationes animalium, aliarumq; rerum permisisse, & tales reliquisse lingvas, quales ex confusione istâ homines fabricarunt, & assvetudine confirmarunt, quin & posteà novas natas esse, ex mistione priorum, docent *Italica*, *Hispanica*, *Gallica* &c.

De literis quoq; Ebræis proditur, quod ante *Esram* longè aliis designatæ fuerint characteribus. &c. Ibid. *th.* 12. Ast rebus ascensûs faciunt initium. In earum locum pòst veniunt appellationes maximè familiares, & propriæ, aut alia signa & characteres. Item *Oracula* divina, quibus dicuntur *trahi* spiritus, tanquàm cæteris: itaq; ubi herbæ & lapides illi *Salomonis* non sunt prastò, compendium est elevationis per *verba* & *signa*, idq; eò magis, quia his, si sancta sunt, & divinitùs revelata, aut per *numeros* cabalisticos detecta, quæ ut plurimum sunt insveta & barbara, spiritus gaudere dicuntur, & necessitate quâdam trahi, si eorum mysterium rectè peragatur &c. Confer Heilbronnerum in *Dæmonomaniâ Pistorianâ*, contra *Pistorium Niddanum*, apostatam, qui didicit morborum curam per verba ex *Marsil. Ficini, Corn. Agripp. Trithemii, Paracelsi, Porphyrii, Jamblichi, Synesii, Pselli, Procli*, &c. libris. *Schalichius in Orphei* canone: Ecclesiam priscam pepulisse *morbos & tempestates* sub veneratione alicujus nominis orando, aut deferendo scripta amuleta. &c. De impietate *Agrippa* hâc in re *Keckerman. in Phys. l. c. p. 56.* ex *Bodin. l. 1. Dæmonia. c. 4. Libavius Coburgi A. 1609. de jure thesaurorum.* Theophrastus Paracelsus in suâ thesaurinella, quam partem *necromantiæ* fecit, proponit genium quendam, quem *Flagum* (qvarè non *Flagrum*, quod *flagris* Magicis per verba & adjurationes aut characteres cogatur prodere occulta?) vocat, tanquàm secretorum conscium, quem secretarium appellamus, cujus sit, quidquid ex penetralibus cordium per sermonem, fidei alterius commissum, productum est; aut clam omnibus factum & in cujus redactus sit magicè potestatem patefacere, per specula, perspicilia, prunas, virgulam directam seu divinam. &c. *Anonymus*(*Basileæ edit. A. 1575.* in 24.) in *Artabel* seu *Magiâ* aut *pnevmaticâ veterum tum Magorum* populi *DEI*, *tum Magorum Gentium*, pro illustratione Gloriæ, & Philanthropiæ, *p. 31.* Genium artium vocat *OPHIEL*, & gubernatorem Mercurialium.) *Benedict. Pererius l. 2. de Magiâ quæst. 1. p. 173. 174. Synesius* multa disputat de *SPIRITU PHANTASTICO*, quod est vehiculum animæ, eô namq; medió, ceu quôdam vinculô, cum terrestri hôc corpore colligatur & copulatur; in quò item solutus Corpore animus, ex unô locó in alium movetur, atq; in eô maleficiorum pœnas persolvit apud inferos, nec sine eô, dum est in corpore, quicquam potest in-

reſt intelligere. In hunc porrò ſpiritum, omnium quæ ſunt, fuerunt e-runtq; ſimulachra imprimuntur, & in eô lucent tanquàm in ſpeculô, *præſentium* quidem rerum, clariora, *præteritorum* autem quo ſunt vetuſtiores, minùs perſpicua, minima verò *futurorum*, quæ ſcil. nec ſunt, nec fuerunt unquàm. Sed quia futuri effectus, in poteſtate cauſarum cohibentur, quasdam habent prægreſſiones, & præcurſiones ſignorum, quæ hôc minùs manifeſta ſunt, quô illa longiùs abſunt. Atq; in hôc genere, ponenda cenſet *ſomnia*. Quapropter ferè ab ſacris *imaginibus* & ſimilitudinibus, res per ſomnia ſignificantur, non æqualiter tamen, ſed prout varia eſt illius phantaſtici ſpiritus temperies & ratio, ſimiliter ut in ſpeculis, pro varietate eorum materiæ aut figuræ, variæ & diſſimiles redduntur imagines. Monet præter eum *Syneſius*, non parum conferre ad qvieta & veracia in ſomnô viſa percipienda, benè præparare hunc ſpiritum phantaſticum moderatô nempe *victu*, honeſtis ſtudiis & actionibus, ſedandisq; animi perturbationibus. &c. (R. En, quomodò noſtrâ mereri ſeu elicere cura præſumimus Phyſicè, quòd in S. ſacrâ à Deô ſic ex gratiâ moraliter donari legimus viventibus ſobriè, juſtè, piè!) Vide *pag. 172.* ibid. de Stoicorum προχρίματι, quat. animum noſtrum divinare putant ex æternâ fatorum lege & nexu rerum. &c. *Autor hiſt. de ſpectris, part. 1. p. 82.* De Literis *Epheſinis*, daß proverbium *Epheſia litera*, zauberiſche Segen-Brieffe / für verwundung und alle Gewalt / ꝛc. ſcheinet / als werde von denen geſagt / welche ſonderlich Glück haben / zuerlangen und fortzubringen / was ſie nur wollen. Denn man ſagt / es ſollen zu Epheſo etzliche characteres oder Abgöttiſche Segen-Wörter geweſen ſeyn / wer dieſelbigen gebraucht hat / der hat in allen Sachen und Händeln Glück gehabt / und den Sieg erhalten / und davon bracht: wie hiervon Diogenianus ſchreibet. Euſtathius meldet / es habe Crœſus dieſe literas Epheſias auf dem Holtz-hauffen bey ſich gehabt und gebraucht / als er hat ſollen vom Könige Cyro verbrandt werden. Es ſeynd nur etzliche dunckele und verborgene Wörter geweſen; gleich als ænigmata oder verborgene Rätzeln / welche gar nicht an ein ander hangen / und waren geſchrieben an den Füſſen / Gürtel und Crone der Abgöttin Dianæ. Svidas ſchreibet / das einer aus der Stad Miletô in einem certamine oder Kampfe in dem Feſte / welches man Olympia nannte / und bey der Stad Olympia oder Pila allwege aufs fünfte Jahr

gehal-

gehalten wurde / mit einem von Epheso gekämpfet habe. Es hat aber der von Miletô in solchem Kampfe nichts wieder den von Epheso vermocht/noch ausrichten können: deñ das der von Epheso die vorgedachtē literas Ephesias am Knöchel oder Knorren des Schenckels bey sich gehabt hat: welches als mans ist inne worden / hat man sie von ihm hinweg genommen/ da ist derselbige Epheser der damals ihr dreißig ausgestanden/ und über wunden hatte/ überwunden worden. Daß aber vorzeiten zu Epheso viel Zauberer und Schwartz-Künstler gewesen/ das ist daher gar leicht abzunehmen / daß nach dem sie durch daß Heil. Apostols Pauli Lehr und Predigt zum Christlichen Glauben seynd bekehret worden/ sie viel Zauberische Bücher verbrandt haben/ welche eine unzähliche Summa Geldes gestanden haben. *Athanasius*, Exsul Jesu Christi, *in annotat. ad Catalogum Hæreticorum papal. An.* 1556. quòd vix alibi, quàm apud Monachos inveniatur clavicula Salomonis, Necromantia, Pyromantia, Hydromantia, Gēomantia. &c. Lege *Benedict. Pererium de Magiâ l.* 1 *p.* 34. De naturali Magiâ *Salomonis* ex 3. *Reg.* 2. Quomodò *Gnostici* barbaris vocabulis usi, nullam non virtutem iis assignaverunt, unde 1. Tim. 6, 20. dehortatur. Vide *Thomasium Sched. Histor.* §. 35.36. *It. M. Göorg. Trinckhusium Jen.* 1667. *de naturâ Nominum th.* 29. ℞. Admirare hîc inventum Judæorum de *Schemhamphoras*, nim. ex paganorum superstitione: Admirare porrò curiositatem Gentilium (nesciorum providentiæ divinæ, quoad liberationem Crœsi per medium aliquod morale, putà Solonis celebratam prudentiam, ut scintillulam rectitudinis ac fidei, legisve fidei, expertis εὐλογίας.) quomodò effectum transigere machinati fuerint *naturalismô*, nihil præsumentes de Principiô altiori ex Moralitate ceu fundamentô actionum contra indifferentismum. Agnosce autem hîc Satanæ stratagema, sensim & dudum à fide seducens homines ad actum suum implicitum, initum subdolè penes egēna & debilia sua elementa mundi, cum labilibus terricolis, quorum caro est infirma, & spiritus facilis. Maneto tu contra in verbô DEI, & in illô te exerceto: Nam utilis est pietas ad omnia, utpotè promissionem habens hujus & futuræ vitæ! Admitto utiq; alios perfrictæ frontis homines, & destinatè malignantes, in consortium demum accersivisse perversa talia media, per insidias πονηρ. aut cacurgi; sed multos etiam malè suspectos haberi, non dissentaneum

neum est profiteri. *Pfuel de Magiâ p. 90.* Piatrices inter Judæos frequentissimè versantes, *leniendis morbis voculas* & carmina adhibent. Cardanus etiam in sangvinis profluviô inde remedium petiit, XVIII. De subtil. quod & de Pericle, Adrianô, Imp. Ulyxe. &c. traditur. *Arbatel* quidem in L. de Mag. Vet. Nominibus Barbaris ab initiô potestates quasdam concessas esse ineptit, & cum eô *Agrippa l. de Mag. 10.* Sed *Gaul. Min. iu Not. ad Pselli dial. de Dæmon. oper.* jam olim occurrit, nos rationes alibi adferemus. *Digbi in antipath. pag. 124.* quòd chorda pulsa in musicô instrumentô aliam chordam sonare faciat & moveat, si ejusdem est tenoris in vicinô instrumentô, mediante *aëre. Olaus Borrichius* (*Hafn. 1675.*) *de causis diversitatis linguarum. p. 23. 24.* illa *lingua naturalis* censenda, non quæ jubere possit facta infecta reddi, disputare, prohibere omni ratione, proscribere, proponere, statuere, declamare, sancire leges, & rescindere, (hæc enim ultra vires ejus assurgere videntur,) sed, quæ accommodatò rebus rythmô, harmoniâ, elocutione, non homines tantùm, sed & bestias flectere possit in obsequium, quæq; universè jam terrere queat, jam allicere, jam sistere, jam certis motibus bilem & acidum corporis agitando mederi, jam turbare, &, ad summam in stuporem, dare spectatores. Non fuerit alienum, suspicari talem olim scientissimo rerum Adamo (præter illam alteram in posteros derivatam) cognitam fuisse, cujus beneficio Regiè imperaret animalibus. (℞. Ohe egena & debilia mundi elementa! quasi verò illo tempore, quando pueri illæsè ex latibulis aspides protrahent, *Leones* penes oves pabulabuntur concordes in novô fœdere, primæva illa lingva sit restituenda ad effectum, vel Josua solem peculiari illò idiomate alloquutus fuerit ad stationem obtinendam: vel Archangelus demum vi sonûs tubæ singulari mortuos excitaturus sit: vel Dominus *Christus* apud *Lazarum* certô modô intenderit clamorem, &c. Vereor ne similes sint affaniæ hæ quòad terrorem humanum per lingvam amissam super bestias amissum illis, quæ apud *Joh. Georg. Aurbach Erfurt. 1677. de πρώτοις juris th. 9.* adhuc præsumit dari usum ferarum, qui in Bibliis conceditur in universum omnibus & singulis, licèt ex consvetudine contra jus *Naturæ, G. &. C.* jus venandi appropriatum sit principibus: confer nostrum *commentar. in jus Naturæ cujusdam.* Anne sic, post

 negle-

neglectum νόμον ſalutarem, decet διαταγὰς τῶν ἀγγέλων pervertere, inficiari? &c.) Nec deſperàrim plura ejus veſtigia etiamnum, ſi quis hoc unum ageret, in rerum naturá poſſe reperiri, ſed totam adeò in hâc caligine reſtituere unquàm, opus videtur, meâ quidem ſententiâ, humanô ingeniô majus. De cognitione Adami ita hîc *B. Lutherus*: Aliud in Adamô lumen fuit, qui ſtatim, ut inſpexit animal, totam ejus naturam & vires habuit cognitas, ac longè meliùs, quàm nos, etiam cùm totam vitam ad inquiſitionem harum rerum conferimus. Nihil autem certius eſt, quàm eum naturam animalium non planè habere perſpectam, qui harmoniam ſoni illis convenientis ignoraverit. Dixerit *Moſes Barcepha* apud *Ben. Pererium in geneſ.* Cùm *taúrum* nomine appellaret *Adam*, continuò is auditô nomine ſuô, tranſibat coram illo, capite ſubmiſſô: ſimiliter nominatim citatus *equus* præteribat dejectâ cervice. &c. Sed nos ſententiam illam, ut de linguâ *primigeniâ* vulgari intelligendam in mediô relinquimus, & ad regnatricem illam converſi ſparſa hinc inde ſemina ejus contemplabimur, initiô mittentes tralatitia iſta: tempeſtatem ſequi in quôdam *Alpium* dorsô, ad repetitam vocem *RIEBENZAGEL*: *apros* ad iram furoremq; immò pugnam accendi dictione *Hvitzou*; *ſerpentes* in jugô Circéô, & alibi ad certas verborum formulas obſtupeſcere, *urſos* Norwegicos evocari ſpeluncis ſuis conceptis verbis, ſpurium deſignantibus, (Certè, ut trado alibi de *votis*, hæc ex diſpoſitione DEI punitivâ proveniunt ob neglectum *Lœdoriſmum*; Siquidem neminem laceſſere debemus convitiis, ſed placidè & quietè quisq; ſuum curare!) & id genus plura in vulgus jactata; tantum expendi hîc cupimus paulò altiùs mirificum illum jam conſenſum, jam diſſenſum inter certos ſonos quomodocumq; excitatos, & ſubtile illud motûs in animalibus principium, cujus intuitu non iniquè dixerit olim *Cratylus* apud Platonem, ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκυῖαν, & Antiqui *animam habitare in auribus*. Hinc *ſerra* reciprocatæ ſonus quibusdam horrorem dentium excitat, quibusdam horrorem corporis inducit, quibusdam alius ingratus veſicæ laxat ſphinčterem. De Muſicis ſonis, eorumq; ſtupendâ efficaciâ tota declamat antiquitas, *Davidis* cithara quid non præſtitit in pacando irrequietô Saule? 1. *Reg.* 16. Pythagoras perturbationes animi Lyrâ compoſuit,

posuit, tradente *Senecâ l. 3. de irâ.* Idem stabilitate *spondei*, insanum juvenis *Tauro minitanti* amorem frænavit; teste *Cicerone. Timotheus* Musicus Phrygiis modis jam *Alexandro M.* ferociam ingeneravit, jam quietem. &c. (Gobiter. *Ex Disp. De Diaboli Magorumq; modis operandi Joh. Eberhardi IV. D. Brem. 1677. §. 14. p. 16.* Proteus ille in montibus Silesiæ *Rübezalius* comædum in theatrô suô excellentem agit; dum se modô in bruta, modô in res alias tum naturales, tum artificiales, imò in hominem transmutat, varia cujuscumq; status, ætatis, & sexûs schemata exhibet, multisq; iter facientium oculos præstigiis fallit, quô de *Prætor.* Dæmon. Rubenzalii Siles. part. 2. 3. & Fromm. de Fascinô, p. 787. *Joh. Ern. Pfuel.* (*Berolin. 1665. de Magiâ p. 53.* Quinimò ejusdem notæ celebratur spectrum quoddam in montibus Riphæis, seu Giganteis, Cerconessis, niviferis degens, der Riesen-Zahl/ vulgò Rübenzahl/ qui *æditimi* ut plurimum facie mactat donis magnificis benè de eô opinantes, sinistrè sentientes præsentissimo periculo involuit. Ab hinc biennium est, ubi emissus singularis liber de hoc Dæmoniô ab *JOH. PRÆTORIO*, exscrip. Arnstadii; cui tamen tot pura & prætextata verba maculam insignem adspergunt. ℞ Increpet te DEUS, Satan, non ego historicus, imò alicubi poëta, quod fateor, ubi non est clausula narrationum; Aber gnug/ etc. *Borrichius d. l. p. 27.* Nec solis hominibus & *tarantulis* certi vocum moduli saltus harmonicos exprimunt, sed & *GALLINIS*, vespisq;, de quô disertè *Sengverdius l. de tarantulis*, quod & in aliis haud dubiè succederet, si periclitandi accederet solertia. Nunc si tarantulis, *GALLINIS*, aliisq; tam potenter imperat erudita *Musica*, jam ore, jam fidibus, jam aliis organis expressa, ut vel invitas bestiolas, vibratô certis, modicisq; exagitationibus aëre, ad tripudia varii generis impellat, suspicari utiq; non fuerit nefas, imperatricem illam primi parentis lingvam efficacioribus adhuc sonis potuisse in obsequium flectere animalia, & partem ampli illius Adamitici in bestias imperii in eô constitisse, quòd voce & linguâ ad naturam cujusvis animalis temperatâ, *sine* vel *violentô venatu*, vel sagittis, vel viscô, vel retibus, advocaverit illa, stiterit, impulerit, & variè voluntati suæ docuerit obœdire: cùm nihil magis Regium sit, quàm imperare loquendo. Neque enim cuiquàm mortalium certiùs animantium natura, quàm illi

uni; neq; dubium est, polidædalam ejus lingvam supra omnes & Lydios, & Phrygios, & jonios exsurgere potuisse modos. *Crocodili* olim ad vocem sacerdotum Ægyptiorum sistebant sese promtè, & impunè patiebantur contractiones, teste Aristotele l. de solert animal. Quis ausit æquè expeditam convocandi facultatem primo parenti detrahere? Hodiè modicâ vocis intentione advocantur, terrentur, compellantur, qui aliquot stadiis absunt, ope tubæ stentoro phonice Morlandinæ, & nos faciliorem methodum Adami industriæ negaremus? *Quantitatum* per se nulla est efficacia *Physica* aut *moralis*; sed in suô genere *magnitudinaria*: ut, dum in barbitô chorda brevis præstat alium tonum & sonum præ longiori: alium crassa, alium subtilis. Sic collum angustum format vocem exiliorem, præ ampló. Sic magnus gravisq; fustis vehementiùs ferit, quàm parvus levisve, quoad intensionem & remissionem: 29.) Quod argumento non fidendum, lege ex *Postill. Mathes. de pollice furtiv. p. 143. Libavius Disp. p. 1. Haxaëm. th. 88.* Superstitiosi & Magi, qvi vim singularem verbis tribuunt, & Cabalæ multum virtutis, ex verbô FIAT faciunt DEI filium; quasi DEUS, per verbum FIAT, omnia condiderit. At id FIAT non fuit enuntiatum humanum, & sensile, sed voluntatis divinæ expressio, energia, & actus à DEO prodiens ad creandum faciendumq; esse id, quod antè non erat. Si placet, voca notam potentiæ filii DEI, quâ secularia condidisse indicatur. Καυοζηλίαν papæ Romani, qui per verbum FIAT, ex Sodomiticô vitiô facit virtutem, quasi eadem possit, quæ DEUS, & exnihilo faciat aliquid, Ecclesia orthodoxa pridem explosit) *Kircherus in Musurgiâ, Tom. 2. l. 9. c. 2. p. 227.* De capturâ piscis *Psychia*, vulgò *Pesaspadâ*, cum peculiaribus verbis.) in S. Sacrâ quidem est verbum virium & virtutis, ut dum λόγος Θεοῦ instar mallei rupes discutit & nihil non præstat: Sed non modô superstitiosô indebitè adhibitum: quasi hoc pronuntiatum e. g. *hephatha* dictum à quovis nebulone deberet *seras* recludere, vel alia sententia *cribrum* gyrare, *pallium* attollere in sublime, *gallum* avertere à certis literis circuli. Sic Papa *suô Agnô DEI* per benedictionem vim contra veneficia &c. communicare contendit: Dominicâ Quasimodogeniti, seu festô sigillorum. *Wolffgang Cent. p. 854* Hospinian. M. Melch. Stenger/ von innerlicher Versiegelung durch den Geist der Kindschafft/

ſchafft/ p. 1 &c. Item Diſp. Lipſ. ſub præſid. D. Rappolt. de *Agno DEI papali.* Cum veritate hîc nihil poſſumus contra veritatem, ſed pro veritate! *D. Laurent. Eihſtad.* Med. Prof. Gedan. 1655. de Eclipſ. Luminar. probl. 2. Et apud D. Ambroſium t. 5. op. p. 61. lit. G. Maximus Taurinenſis Epiſcop. malum iſtum morem his verbis caſtigavit. Quum inquirerem, quid ſibi hic clamor vellet, dixerunt mihi, quòd *laboranti Lunæ* veſtra vociferatio ſubveniret, & defectum ejus his clamoribus juvaret. Quis non moleſtè ferat, ſic vos eſſe veſtræ ſalulis immemores, ut etiam cœlô teſte peccetis? &c. Hinc Burchardus, Wormacienſis olim Epiſcopus, *lib. 10. decretalium. c. 33. & l. 19.* De pœnitentiâ, illis, qui hoſce crepitus & immanes vociferationes exercent, duorum annorum pœnitentiam impoſuit. Plura exempla videantur in Pædiâ partis II. Ephemerid. mearum p. 223 &c. Poſtquàm autem viri Docti rationibus & longâ experientiâ edocti, cauſam *Eclipſium* didicerunt, reddiderunt, & ideò etiam futuras *Eclipſes* ævô eſte prædixerunt, ſuperſtitio illa, DEI gratiâ, deſiit, nec ampliùs audiuntur inanes iſtæ fabulæ ac vulgi opiniones. (℞. Verùm interim obtinent adhuc per autorem confirmata doctorum deliria de ſignificationibus portentoſis apud accommodata ſcripturæ loca; ſed malâ fide abutentis. Quis verò hîc non magis dolieret innumeras ſuperſtitiones multò exſecrabiliores in nocte Natalitiâ Chriſti? Utinam illud *Augiæ* ſtabulum quis purgaret!) Quis enim opus DEI tanto miniſterio à DEO deputatum arbitretur Chaldæis ſuperſtitionibus poſſe tentari? Lapſus ſit ille qui ſe transfigurat in angelum lucis 2. *Cor. XI, 14.* & deductus voluntate propriâ, non *carminum* poteſtate. Sanè & in hâc quaſi Eccleſiâ putaris poſſe de locô tuô & ſtatione deduci? Multi tentant Eccleſiam, ſed *Magicæ artis ei carmina* nocere non poſſunt. Nihil *incantatores* valent, ubi *Chriſti canticum* quotidiè decantatur. Habet incantatorem ſuum Dominum JESUM, per quem Magorum incantantium carmina & ſerpentum venena evacuavit. Et ipſa, ſicut ſerpens exaltatus, devorat colubros Ægyptiorum. Ferale licèt carmen immurmuret, hebetetur in Chriſti nomine. *Num. 21, 9. Joh. 3, 14. & 12, 32. Num. 7, 12.* Sic & Elymam magum Paulus non ſolum Magicæ artis infirmitate, ſed etiam oculorum amiſſione cœcavit, Act. 13, 11. Sic *Petrus Simonem* alta cœli *magicô volatu petentem,*

tem, dissolutâ carminum potestate dejecit & stravit, *Hegisipp. l. 3.* Hactenùs *D. Ambros. l. 3 Hexaëm. sub finem c. 8.* Quarè felix, qui potuit rerum cognoscere causas! *Virg. l. 2. Geörg. v. 490.* Hic potissimus labor est *D. Joh. Marci Marci in Philosophiâ suâ restitutâ*, ut omnia effecta declararet naturalia, citra suspicionem *Miraculositatis* à parte *DEI*, & veneficii à parte *Simiæ DEI*. Nam ita expressè *part. 4. p. 405.* Regis Angliæ à *Danis* occisi caput inter fruteta occultatum loquitur, quærentes ad se vocat. Si *miraculum* heîc, quis finis? (℞. Debet etiam nullus esse finis, ubi teste S. sacrâ, DEUS operatur omnia in omnibus in cœlô, in terrâ &c. Uti vult: non uti ἀπαιδευτία negat ℞) naturaliter eò usq; vixisse, eô modô, quô caput viperæ, dicere non vererer; nisi eadem natura vocem posse fieri absq; aëre eô impulsa negaret. Præsertim cum nervis recurrentibus præcisis aut vinculo interceptis, confestim animal ἄφωνον reddi constet: Dici tamen posset, impulsu *aëris* à ventô suppleri potuisse: qui fortè tum in arteriam præcisam flabat, eô modô, quô per guttur anseris sonum anserino similem flatu reddere solemus, &c. Item *part. 4. p. 496* quâ quidem ratione maleficia & ligaturæ per ejusmodi res, quæ corpori adhæsere, fieri consvevère. Et tametsi ministerium Dæmonis quandoq; interveniat, non tamen propterea desinunt effectus esse *naturales:* quibus ipse in perniciem humani generis abutitur, & variis superstitionibus contaminat. Satiùs ergò fuerit eos, qui non ultra quatuor elementa sapere volunt, suam ignorantiam hîc fateri, quàm potestati *naturæ* à DEO subordinatos effectus dæmoni tribuere: quos veri *naturæ* indagatores, quantumvis ab invidô geniô superstitiosis ritibus involutos non aliter quàm granum tritici à paleâ secernere, & in usum humanum convertere satagunt. Neq; verò R. P. *Kircher.* in suô *magnete* hanc curam *magneticam* in totum damnat, sed solùm in ritus superstitiosos, quorum ratio naturalis ulla reddi potest, & ab hôc de pactô Dæmonis interveniente meritò suspectos invehi videtur; siquidem passim in suis scriptis rerũ consensum celebrat. Sed naturales dici debent, qualis nimirum est motus *cucumeris* ad aquam, & hujus ad lunam. Quâ fortè ratione, si vera est fama, circa *Pyramides Ægypti* annis singulis certô die corpora defunctorum ex illis arenis, in quibus sepulta jacent, dicuntur prominere, alia

lia

lia quidem ex totô, alia non nisi pedem, aut manum proferendo, & post aliquot horas ubi eminuerunt, rursum interiùs abdi. Huc pertinet idem pag. 489. Me præsente hîc Pragæ Anno 1618. in quôdam hortulô ubi aliquando stetit templum D. Petro dicatum, cadaver effossum fuit cum *sertô* & *pastillôe* rore marinô, adeò recenti & vegetô, ut hesternum mihi aliisq; qui aderant videretur, & tamen constabat, ultra annos 100. eô locô depositum: quandoquidem hospita in eâ domô nata septuagenariâ erat major. Unde manifestum, illum virorem suiq; conservationem mumiæ humanæ, quâ fovebantur debere. Id. p. 400. Motiones ergò in corporibus mortuis non organicæ. Mira sunt, quæ part. 3. pag. 291. De *Morgana* ratiocinatur, dum *Kircherum* quodammodò refutat, quòd non omnia phasmata ratione opticâ constent. De illâ Becmanus, Francofurt. de prodigiis sanguinis, c. 1. p. 11. ita, omnium verò etiam communem causam ex principiis opticis pendere posse, ille agnoscet, qui *Morganam* freti Siculi, parastasin tota natura celeberrimam, expenderit, quâ sæpe castella, palatia, silvæ, greges, Exercitus maximô numerô in mediô mari conspiciuntur, *citra singularem prodigii* aut miraculi metum, solô naturæ ludentis ductu. E quô etiam æstimandum veniet, quod de apparitione exercituum, Virorum, animalium in nubibus visorum speciem veri præ se habet. ℞. Morgana est. מורח אני conterens *navim* ostentum futuri naufragii. *Scylla.* שקע עיללא *submergi fecit charybdis:* גרע פיד יש *subtrahens oppressio est.* Abeant ergò gerræ Siculæ, quas Marcus d. l. p. 290. persequitur ad rathabendam suam philosophiam! Accedo tuæ sententiæ & pleraq; causas habere naturales nihil dubito, quæ ignorantes aut in operibus naturæ minus versati minusq; curiosè dæmoni tribuere consveverunt, quasi verò *majestas naturæ* communi Philosophiæ septis sit inclusa, ut nihil ultra illorum placita & captum moliri valeat. Sicuti ergò *terrarum* ac *maris*, ita quoq; *aëris* certæ sunt regiones, atq; illarum proprietates, locaq; ideis seminalibus fœta,) dis redet sich ja so vergebens hin: doch nach des autoris Sinn/ als wenns wahr wäre: als wenn ers recht wüste/ und man ihme glauben solte: so getrost klügelt sichs drauf loß/ das man nicht anders gedencken soll/ es verhalte sich also: ita mundus regitur opinionibus, imò mavult falsitatem, præ veritate. Wie habet

ihr

ihr doch aber das Eitel so lieb/ und die Lügen so gerne? ℞. Ex persvasione saccharizantis Satanæ. Darfs doch nur das man die Warheit ausn Augen setze/durch leugnnng der Göttlichen und Teuflichen Würckung/ oder wie man die Warheit in Ungerechtigkeit aufhält/ solche auch arte ψευδωνύμῳ und mit allerhand Grillenfängerey verkehre/ und im̃er ins Gelag hinein lehre/ nach deme andern die Ohren jucken/ und unsere Laßdünckeley dictirt: damit/ wenn Gottes Finger die Ehre nicht soll haben zur operation, des Hengers Fratzen uns doch den Verstand dazu verrücken/ nemlich zu ertichtete conceptten, nach der alten Art des Lügen-Geistes: Welche aber/ leider! im̃er mehr Platz in der letzten Zeit finden hat sollen/ bey der Wetter-Wendischen Leute Lüsternheit/) ex quibus fructus *aërei* suis quoq; temporibus proveniunt: licèt majori ex parte, prout ipse *aër*, sensum effugiant. Ex ejusmodi fructibus *aëris*, vagantur in *aëre*, veluti stellæ, corpora diaphana, ipsô tamen *aëre* magis solidæ, quæ ubi inter *stellam* quampiam lucidam, ipsumq; visum moveri contingit, refractione per ejusmodi corpus *aëreum* factâ, *stella* cadere suoq; loco moveri videtur, uti non semel observavi &c.) Idem p. 278 De Spectris *aëreis* circa Syrtim Africæ: Neq; verò necesse hîc ad dæmonis illusionem recurrere, ubi causæ naturales suppetunt, & quidem *causa materialis* est *aër* tranquillus & à flatu liber: ne concepta simulachra dissipentur: causa *formalis*, per quam *aër* figuratur, sunt ideæ seminales è *chaö* ejusdem aëris evolutæ. Causa *efficiens* proxima, ipsa *aëris* forma seu anima, &c. Neq; verò in quôvis aëre hoc contingit, quia licèt sensu nihil differre videatur, non tamen eodem modô *Archeus* hic & ibi est affectus. &c. Eâdem confidentiâ quoq; loquitur de peregrinis linguis, quasi innatis. Vide contra *indifferentismum Grammaticalem*, nostrum tract.

F I N I S.



k